ſuppono primo q̄ in cura male cōplonis calide non ſufficiūt per ſe ꝑ quātācūqꝫ reiteratione ea q̄ ſunt ita modicū frida q̄ frigiditatē ꝓprij tpamenti corpis egrotātis introducere non pn̄t. pꝫ q: per ſe curatiua debēt totuz lapſum abijcere ⁊ cplonez naturalē per ſe ītroducere. ¶ Suppo. 2º q̄ medicina tpata vel calida in certo gradu vel frida nō eſt corpis alteratiua in ſimili gradu reſpectu tpamenti vt tāti gradus alteratiui. Uolo dicere q̄ medicina calida in primo: īquātū calida ī primo nō eſt corpis calidi in primo ꝑ ſe alteratiua ⁊ ſic de alijs. pꝫ q: oīs medicina talis calida in primo eēt corporis calidi in primo alteratiua. mō hoc ē falſuz: q: medicina que calefacit corpus tpatum ad primū gradū corporis calidioris eſt īfrigidatiua multotiēs: vt ſumiť ex Gal. pº ⁊ 2º de ſimplici medicina. ⁊ vidiſti de colatius in ca. de eo q̄d comediť ⁊ bibiť. ¶ Suppono 3º q̄ aliqua medicina ī primo frigida ē per reiteratōez vſqꝫ ad 4m infridatiua: ⁊ ita correſpōdēter aliqua calida in primo ⁊c̄. hoc totū pꝫ in. c. ſuperi⁹ allegato. ¶ Quarto ſuppo. q̄ ſi corp⁹ tēperatū labať ad calidū per nullaz medicinā calidā quātūcūqꝫ remiſſiorē cplone diſtēperata acquiſita ab eo reduciť ad tpamentū. hoc pꝫ per Gal. 3º de ſimplici medicina: vbi dixit q̄ ſi egritudo eēt vehemētioris caliditatis q̄ꝫ ſit cplō media: tūc medicine ſimiles ei ſeruāt ipſam ⁊ faciūt eaꝫ remanere ſm ſuaꝫ diſpōnez. Et medicine que ſunt calidiores addūt caliditatē ei. Et medicine q̄ ſunt minoris caliditatis q̄ꝫ ipſa minuūt caliditatē eius: tn̄ nō ſanant ſanatōe cōpleta. ¶ Ex iſto ſequiť q̄ corpore frido lapſo verſus cal'm nulla medicina min⁹ frigida ipſo: vt talis ſufficit ipſuz ꝑ ſe ſanare: vt pꝫ: q: ſicut ſe hꝫ medicina calidior tpata ad tpatuz: ita medicina min⁹ frida hoc corpore frido hꝫ ſe ad hoc frigidū: ſꝫ medicina calidior tpata nō ē alteratiua corpis tpati: vt pꝫ ex 2ª ſuppōne: q̄re nec medicina min⁹ frida pōt vt ſic quoad gradū friditatis ei⁹ remittere totalr̄ calorē: ⁊ hoc poſſet ꝑ pauca deduci ex 2ª ſuppoſitiōe. ¶ Quīto ſuppo. q̄ corpe colerico calefacto ꝑ ſolaz alteratione reducibili ſub quodā gradu inter tpamentū ⁊ nālez cōplonez illi⁹ colerici nō repugnat īueniri medicinā ꝑ reiteratōez aptā per ſeipſaz colericū calefactū ad ꝓpriū tpamentū reducere. probať q: corpe calefacto ꝑternaturaliter medicina cal'a: ſꝫ minus cal'a q̄ꝫ ſit illa cplō diſtēperata: illā ſufficit remittere ⁊ verſus tpamentū ducere: vt pꝫ ex Gal. loco ſtatiꝫ allegato: ergo ſub quolibet gradu caliditatis medicinaꝝ citra ꝓpriū tn̄ tpamentuz dati colerici ɔtingit īueniri medicinā cuiuſlibet gradus ſuꝑioris remiſſiuā: ⁊ iō per reiteratōez vſqꝫ ad ꝓpriū tpamentū reductiuaꝫ. ¶ Sexto ſup. q̄ lꝫ corpa alicui⁹ cplonis nālis ſint ab illa cplone lapſa: hn̄t tn̄ nālem īclinatione ad reditum ad nālez cplonez ⁊ virtutē ab intriſeco eorūdem reductiuā. Iſta per ſe pꝫ: nō tm̄ in hoīe ſed ēt in brutis ⁊ īanimatis ⁊ elemētis. ¶ Ultimo ſuppo. q̄ nō repugnat dari colericū ⁊ flegmaticū eiuſdē etatis cuꝫ equali quātitate ſanguis ⁊ ſpirituū ⁊ humidi membralis. pꝫ ſuppō per multos caſus imaginarios: vt ſi in vno fiat ſanguis euātio ⁊ ſpūuz ⁊ humidi mēbralis reſolutio: poterūt ambo ad equalē mēſuraz ſanguis ⁊ ſpūuz ⁊ humidi mēbralis deduci. ¶ His habitis pª cclō eſt iſta. Colerico ⁊ flātico equalr̄ quoad tactum calefactis maiori īfrigidatōe īdiget flāticus ⁊ forti⁹ īfrigidātib⁹ modo vno ſupradicto. pꝫ q: ꝑ maiorē latitudinē caliditatis diſtat a tpamēto ꝓprio. ⁊ hanc vult Aui. ⁊ omēs ɔcedūt. ¶ Scda cclō: colerico ⁊ flātico equalr̄ febriētib⁹ min⁹ potētes medicine reqruť ad īfrigidāduꝫ flāticū q̄ꝫ colericū. Probať: minor eſt reſiſtētia īfrigidātib⁹ in flegmatico q̄ꝫ ī colerico cū caliditas iſta ſit equalis ⁊ magis ꝑternaturalis. in flātico aūt falteꝫ ꝑciſe tantū reſiſtit flātici caliditas cauſis īfrigidātib⁹ ſicut illi⁹ colerici: ⁊ ab intrinſeco fortius inclinať ad reducēdū ſe ad frigiditatē: ⁊ forti⁹ iuuať cū hēat nālez cplonez fridaꝫ magis ad hoc iuuātē: ergo min⁹ potēti medicīa īfrīatiua pōt infridari flāticū q̄ꝫ colericū. Ex iſto ſequiť q̄ minus potētib⁹ fridis pōt reduci ⁊ curari flāticus febriēs q̄ꝫ colericus: q: nō fortior medicina requiriť ad īfrigidāduꝫ poſt aliqualeꝫ īfrigidationeꝫ q̄ꝫ prius: ⁊ ideo cū min⁹ forti ad ꝓpriū tpamentū pōt reduci. Ex his ſequiť 2º q̄ indicatiōe ſumpta a nāli cplone dictoꝝ: lꝫ maiori īfrigidatōe idigeat flāticus q̄ꝫ colericus: tamen min⁹ potētia frida ſunt flātico approximāda q̄ꝫ colerico. ¶ Tertia cclō: colerico ⁊ flātico mō dicto equalr̄ febrientib⁹ reqriť vt ſint medicine graduali fridiores ad curaꝫ flātici q̄ꝫ colerici. Probať: ad curā colerici nō reqruntur vt ſic medicine gradualr̄ frigidiores a tpato gradualr̄ diſtātes: vt pꝫ ex ſuppōne 5ª. Nā colerico preternaturalr̄ calefacto nō repugnat īueniri medicinā calidiorē tēperata min⁹ calidā cplone naturali colerici illi⁹ tamē ꝑ ſe reiterādo reductiuā vt dicit 5ª ſuppō. Sꝫ ad curaꝫ flegmatici vt ſic requirunť medicine frigidiores tpatis: vt pꝫ ex correlario quarte ſuppōnis. Naꝫ tpata vt ſic nō eſt tpati īfrigidatiua ⁊ calidiores nō pn̄t vſqꝫ ad tpamentum reducere. Ex quib⁹ pꝫ q̄ īdicatōe ſumpta a cplexione nāli tāq̄ꝫ a ɔſeruabili: q: illa nō opꝫ omittere ī cura ⁊ cū vſqꝫ ad illā veniēdū eſt: gradualr̄ frigidiora opꝫ offerri flegmatico q̄ꝫ colerico. Et hoc vult Gal. 8º terapētice. c. vl. cū dixit q̄ frigidiora ɔpetūt flegmatico q̄ꝫ colerico īdicatōe ſumpta a nāli cplone. ¶ Quarta cclō: colerico ⁊ flegmatico equalr̄ febriētib⁹ alijs parib⁹ ſtat nō eque intēſe frigida ɔueniēter offerri flegmatico ſicut colerico. Patet q: talib⁹ magis reſiſteret colericus q̄ꝫ flegmaticus: ergo ſtabit iſta q̄nqꝫ ſufficere colericū ſine notabili leſiōe infridare: que tn̄ flegmaticuꝫ cū notabili leſiōe infriaret. ⁊ hoc vult Auer. 7º coll'ꝫ. Unde ſecurius itēſe frida offerim⁹ colerico intēſe febriēti multū q̄ꝫ flegmatico ꝑꝑ debilitateꝫ caloris ad reſiſtēdū cāis infrigidātib⁹. ¶ Quinta cclō: colerico ⁊ flegmatico equalr̄ febriētib⁹ alijs parib⁹ reſpectu ꝓprij tempamēti: lꝫ potētiora requiranť frigida ad colericū īfridandū q̄ꝫ flegmaticū: nō tn̄ reqrunť gradualr̄ friora ad alterādū ⁊ curādū colericū q̄ꝫ flegmaticū: patet ex dictis. ¶ Ex his pꝫ pº q̄ rōnes ꝓ pª 2ª ⁊ 3ª cclōnib⁹ prime opinionis nō ɔcludunt nec ipi illas ad ſenſuz datū poſuerūt. ¶ Seqť 2º q̄ rōes ſcde opiniōis dclaratiue ſūt falſe. ¶ Seqť 3º q̄ 2ª ⁊ 3ª cclōnes tertie opi. nō ſūt vere. ¶ Sꝫ hic cadūt aliq̄ dubitatiōes. Pria vtrū duob⁹ flegmaticis īequalr̄ a tpamēto diſtātib⁹ ⁊ eque calefactis friora reqranť ad curā frioris q̄ꝫ min⁹ frigidi: Et videť q̄ per eque frida pōt reduci flegmaticus min⁹ fridus ⁊ etiā magis frigidus ſuppoſito q̄ medicina primi gradus per reiteratione poſſet effectū quarti gradus īducere. Et ſimilis q̄ō de duob⁹ calidis infridatis ſequiť: in quibus credo q̄ quatūcūqꝫ per remiſſe frida quo ad gradualē denoiatione poſſet reduci minus fridū. ⁊ per tātū remiſſe frigida iuxta loquutiōes medicoꝝ pōt reduci magis fridum. Et tu vide quō hoc ſuperiorib⁹ nō cōtradicat ex hoc q̄ medicinaꝝ calidarū in p'o quedā ē calefactiua calidi in pº ⁊ ſcdo. quedā vero non ſed ſūt calidi remiſſiua. ¶ Ex his patet ad argumenta: ⁊ patet q̄ tria prima concludunt potentiora frigida gradualiter danda eſſe flegmatico q̄d eſt cōceſſuz. ſꝫ argumenta partis oppoſite cōcludūt potētiora frida dāda eē colerico. illd etiā conceditur nec repugnat dictis vt patet.

Illud eſt ſꝫ mētē Gal. in de ſimplici medina volēns gradus mediciaꝝ dici reſpectu cōplexionis tēperate: ita q̄ illa diciť calida in primo que tēperamētū cauſat ī primo.

Et hoc ē q: licet cplexio actualis variet: ſtat tn̄ virtualē non variari.

Nota q̄ ſcda tertia ⁊ quarta cclūſiones intelliguntur de equalitate quoad tactum.

Et creationis quidem mēbri iaz diximus ꝙ creatura membri in quattuor diuidiť modos: ⁊ tu quidē eam ibi considerare debes.

¶ Nūc ponit modū fz quē ex creatōe mēbri sumiť indicatio de quātitate medicine offerēde: ⁊ diuiditur in tres. Prīo ponit vnū genꝰ ꝯtentoꝝ sub creatōe. 2° ponit duas distinctōes ad ꝓpositū cū can̄. 3° graduat mēbra fm has dispōnes in requisitōe fortis vel debilis medicine. 2ª ibi: post hoc. 3ª ibi: qd̄ autez forti. ¶ De prīa dicit ꝙ iam dictuz ē supra 2ª fen ꝙ creatio mēbri hz quattuor modos fm ꝙ hoc nomie creatōis quattuor iportanť maneries vel dispōnes mēbri: vt sūt figura: receptaculū: via ⁊ superficies: ꝓ quibꝰ vide qd̄ dixi p° tegni ⁊ supra fen 2ª. ¶ No. tn̄ hic ꝙ a figura vel a superficie modica vel nulla sumiť indicatio fortitudinis medicine: ⁊ ideo ab istis Auic. non docet eligere: sed quia a via vel receptaculo sumitur: ideo de illis fecit mentionem.

Post hoc scire debes ꝙ mēbroꝝ quedā sūt que i foraminibꝰ suis sunt facilia: ⁊ sunt i eis interius aut exterius loca vacua: per que expellitur superfluitas medicina subtili ⁊ tempata. Et eoꝝ sunt alia que non sunt ita: sz medicina indiget fortiore: ⁊ similiter eoꝝ qd̄ est rarum ⁊ qd̄ ē spissum. Et raro quidē medicina sufficit subtilis: ⁊ spisso est medicina fortis necessaria.

Galienꝰ 7° d̄ igenio sanitatis. c. vltio vult nobis purgatiōne principaliter ostēdi ex creatōe mēbri.

¶ Ponit distinctiōes cū can̄. Et ē pª distinctio ꝙ mēbra quedaz sunt facilia in suis foraminibꝰ. i. hn̄t foramina per que faciliter mā euacuať vt sūt illa q̄ interius hn̄t cōcauitatē: aut exterius hn̄t loca vacua. i. cuz eis ꝯiungiť exterius cōcauitas ꝑ que euacuanť humores medicina subtili debili. i. quedā aūt hec nō habēt ⁊ idigēt medicina fortiori. ¶ Scd̄a distinctio ē ꝙ mēbroꝝ quoddaz rarū: quoddā ē spissuz. Rarū idiget medicina subtili. i. debili. spissū alijs paribus fortiori medicina. Et ideo notāter alijs paribus: q2 vltra receptacula ⁊ viā sunt plura indicātia de fortitudine aut debilitate medicine. Et ideo stat ꝙ mēbrū raruz nō inquantū ē rarū idiget medicina forti: sedꝫ ꝓ quāto distat a loco vbi medicīa recipiť vel alia causa. Et ideo vni mēbro merito vnius medicina fortis cōuenit cui merito alterꝰ cōuenit debilis vt pulmoni vt patebit: nec ista repugnāt. Et q2 rarū vt hic sumiť significat hn̄s multos poros: densuz vero habēs paucos vel strictos: ideo patet ꝙ iste distinctōes sumūtur ex parte vie aut receptaculi. 2° ēt videť cā can̄. nā ꝑ vias manifestas facilior sit cūatio: ⁊ i mēbris hn̄tibꝰ multa ⁊ magna forāia facilꝰ agēs iprimit. Ecōtra autem difficulter fit in opposito modo disposito.

Quod aūt forti medicina magis indiget: est illud qd̄ in nulla duarū partiū ventriculuz habet neqz receptaculū. Et post ipsuz ē illd̄ qd̄ hz in vna parte. Et post illud ē quod a duabꝰ partibus hz receptaculuz sed ē solidum ⁊ spissuz sicut rigno: postea est illud qd̄ ea habet a duabus partibus ⁊ est rarum sicut pulmo.

¶ Hic facit qd̄ dictū est: dicēs ꝙ iter mēbra supple que merito dictaꝝ dispōnuz indigēt fortiori medicina est illud qd̄ nō hz receptaculū aut vehiculū manifestū in vna duarū partiuz: puta nec intra nec extra manifeste sicut sūt nerui. ⁊ iō medicine que a neruis euacuant sunt fortissime vt euforbiuz coloquintida ⁊ similia. ¶ In 2° loco ē mēbrum qd̄ hz receptaculū manifestū ⁊ viā ab vna parte tm̄. s. aut ab ītra aut ab extra: sicut verbi grā nucha que ad cerebrū terminať vbi ē cōcauitas. ¶ Et loco 3° illud qd̄ habet intus ⁊ extra: sz spissuz ē ⁊ solidū vt ren siue rigno. habz eiz cōcauitatē intra se manifestā: ⁊ ad ipsum terminātur porivritides ad vesicā ducentes vrinā. ¶ Quarto loco facile merito istaꝝ dispōnuz cūatur illud qd̄ ē rarū ⁊ ab vtraqz parte hz cōcauitatē vt ē pulmo. hz eiz ītra se venas ⁊ cānulas ⁊ ad cānā terminātur. ¶ Et nota ꝙ lz infra dicať ꝙ pulmo indigeat forti medicina vt cūetur mā in eo ꝯtenta: diciť ꝙ hoc nō intelligiť absolute: sz de medicina ꝑ vētrē aut vrinaz eductiua. que q2 lōge a pulmone mō suo poniť oz ꝙ sit fortis: sz merito ꝯcauitatis requiriť debilis: ⁊ ita ꝑ sputum facili educiť medicīa nisi mā in se multū resistet. ¶ Hic solet queri a quo mēbro facilius cūatur mā an ab epate an a splene? Et diciť ꝙ absolute ab epate. Naz plures vie terminānť ab epate ad itestina q̄z a splene. Etiā mā eūanda ē subtilior plurimū ⁊ eūoni obediētior. verūtn̄ merito raritatis ⁊ densitatis mēbri facilꝰ a splene eūareť. Ex quibꝰ collige ꝙ cū iste plures idicatiōes quādoqz sibi iuicē ꝯsequūť oz fortiorē isequi nō dimittēdo oio aliaz.

Gentilis in hoc passu dicit ꝙ pulmo indiget medicīa forti rōne distantie ⁊ non ꝓprie substantie ⁊ ex hoc saluatꝰ Galienuz in tegni.

Nō soluz substātia mēbri spissa ⁊ distantia ipsiꝰ sunt causa exhibendi fortem medicinaz: sed ēt sitꝰ receptaculi vt pz in itestino monoclo habēte solū ex vna pte receptaculū ꝑ qd̄ intrant ⁊ exeunt feces ideo indiget fortiori medicina respū alioꝝ intestinoꝝ.

Et situs quidem mēbri: quoniaz per sitū cognosciť queadmodū tu scis aut locꝰ aut societas.

¶ Nūc docet eligere quātitatē medicine ex situ: ⁊ diuidiť in duas partes. In p° ponit distinctōes de situ. 2° ponit modos eligēdi q̄ztitatē medicine ex illis. ibi 2ª: vtilitas vero. Pars p̄cedēs ē manifesta q2 situs vt dixi supra fen 2ª significat locū mēbri in corpore ⁊ societatez cuz alijs mēbris vt duoꝝ digitoꝝ cōiūctio est egritudo in situ ⁊ diuisio venaꝝ iter māmillas ⁊ matricez exn̄tiuz ē egritudo in situ scilicet sumendo situz pro societate.

Utilitas vero que ex societatis prouenit cognitiōe ē magis ꝓpria: ꝓpterea qd̄ partē magis eligis ad quā medicina trahit ⁊ ad quaz magis declinare facis: verbi gratia cū fuerit materia in gibbo epatis euacuabis eā ꝑ vrinā: ⁊ si i epatis ꝯcauitate fuerit euacuabis eā ꝑ ventrē: qm̄ epatis gibbositas mēbris vrine est associata: ⁊ eius concauitas est associata intestinis.

¶ Nunc docet eligere quātitatē medicīe: ⁊ diuidiť in tres. p° docet ex societate ꝑ se. 2° ex loco per se. 3° ex his duobꝰ simul. ibi 2ª: sz eiꝰ vtilitas. ibi 3ª: qn̄qz ēt. ¶ De prima dicit ꝙ vtilitas q̄ sequiť cognitōez societatis ē magis ꝓpria q̄z vtilitas q̄ habeť ex cognitōe loci: q2 vltra quātitatē docet ⁊ locū ꝑ quē debemꝰ eūare: ⁊ mēbrū ꝑ qd̄ d̄bemꝰ multotiēs deriuare vel facere d̄clinare māz. verbigrā cū mā ē i gibbo epatis scio ꝑꝑ societatē ꝙ eūare debeo per vrinā. sed māz in ꝯcauo itestinis associatā ꝑ ventrē cūare debeo. ¶ Ubi nota p° ꝙ lz hic Aui. pricipaliter q̄rat medicine quātitatē: intentioni tn̄ miscuit modū cognoscendi ꝑ quē locuz eūare dz ⁊ modos mixtiōis. Nā quasi ad magnitudinē virtutis medicine ꝑtinere videnť: eo ꝙ ad manerīē eius virtutis attinet: q2 ꝑ cognitionē societatis mēbri scimus locū ꝑ quē eūandū est ⁊ ꝑ modū mixtiōis vniꝰ medicine cū alia. Ideo diciť hic ꝙ hec cognitio habita ex noticia societatis ē magis ꝓpria. i. faciet cognoscere quedaz magis a ꝓprietate q̄z sit fortitudo q̄ pure cognosciť ex p̄habitis. vel scd̄o intelligiť ꝙ ista vtilitas ē magis ꝓpria q̄z que ex loco sumiť. Nā ista tantū in eūone ⁊ mālibꝰ egritudinibꝰ videmꝰ iuuare: sz locus in oībus tā in mālibꝰ q̄z nō. ¶ Nota 2° ꝙ alijs ipedimētis deductis mā est potiꝰ ꝑ loca ꝓpinqua q̄z remota cūanda: ⁊ iō mā in gibbo epatis existēs ꝑ vrinales vias cūatur tanq̄z ꝓpinquiores nisi fuerit ꝯriuz idicās. Nā q2 vie vrinales sunt stricte ⁊ multū sensibiles ⁊ eoꝝ vlcera sūt difficilis sanatōis: ideo mām multā in gibbo epatis ꝯtenta: nō per vias vrine sed ꝑ intestina eūamus. ⁊ hoc voluit Gal. 7° de igenio sanitatis: cū docuit eā eūari per viā secessus. sz cū est pauca ⁊ nō ē alia intētio q̄z eūatio: nec est timor de nocumētis in vijs vrine est per vrinā eūanda. ⁊ hoc voluit Aui. ¶ Ultimo nota ꝙ lz medicina posset trahere mās ad mēbra ⁊ facere d̄clinare quodāmodo: tn̄ possemꝰ dicere ꝙ cū mā repugnat multotiēs motui ad mēbrū ad qd̄ mouet ipsa medicina: tūc tractio videť iportare quādaz molestiā. sed qn̄ mā nō multuz resistit: imo quodāmodo iclinať: tūc dicimus ꝙ medicina declinare facit. vel qn̄ trahiť ad locuz vbi poniť medicina dz trahi. qn̄ vero ꝓpelliť vt in ꝑcussiuis fit: tunc deriuať.

Sed eiꝰ vtilitas que ex ꝑte sciendi locū ꝓuenit: est triuz modoꝝ. vnus eoꝝ est eiꝰ lōgitudo ⁊ ipsiꝰ ꝓpiquitas: quoniā si fuerit ꝓpinquū sicut stomacus peruenient ad ipsuz medicine tēperate ⁊ operabunť i ipso: ⁊ si longinquū fuerit sicut pulmo: medicinaꝝ tēperataꝝ virtutes corrūpenť antequā ad ipsum perueniāt: quapꝑ erit necessariū vt in eaꝝ virtutibꝰ augmētū fiat. Opz itaqz vt cū mēbruz ē ꝓpinquū cui obuiat medicina sit virtus medicine ipsiꝰ fm mensurā que egritudini sit opposita: ⁊ si iter ea fuerit lōgitudo ⁊ spaciū ⁊ est egritudo cui est medicina necessaria q̄z virtꝰ ꝓfundans penetrare faciat: tūc necessariū ē in virtute medicine plus addere q̄z prius erat ei necessariū sicut acetuz in emplastro sciatice ⁊ reliquis. Et scd̄s modus ē vt sciať quid medicinis sit admiscēduz: vt per illud velociter ad mēbrum ꝑueniat queadmodū medicinis mēbroꝝ vrine admiscētur diuretica ⁊ medicīs cordis crocus. Et tertiꝰ quidez modus ē vt sciamꝰ qua parte medicinā ad ipsuz trāsire faciamꝰ: verbigratia si sciuerimꝰ ꝙ vlcera in iferioribꝰ exn̄t intestinis per clisteria iniciemꝰ: ⁊ si sciuerimꝰ ꝙ sint in superioribꝰ: per illud qd̄ bibūt afferemus.

¶ Ponit modū cognoscēdi nām medicine ex loco mēbri: ⁊ facit quattuor. Primū est ꝙ ex loco hēmꝰ tres modos vtilitatis. Scd̄z est ꝙ primꝰ horū modoꝝ est cognoscere vtrū sit mēbrū vicinū loco approximatōis medicine an longinquū? Nā sufficit medicina tēperata in morbo ꝓpinquo ⁊ mēbro ꝓportiōata. sed lōginquo oz offerre multo fortiorē: ita ꝙ ad mēbrū cum sufficiēti virtute ad opus ꝑueniat. Et hoc fit duobꝰ modis vel addēdo in quātitate vel gradū medicīe approximāde aut miscēdo cuz medicina aliquid qd̄ ipsaz penetrare faciat cito. Exēplum primi vt si mā est a pede cūanda dabo fortiorē medicinā q̄z si a stomaco. Exēpluz scd̄i vt si dissoluēda sit mā sciatice: miscebo i emplastro acetū ad faciendū penetrare. ⁊ hos i exēplis Aui. tetigi. ¶ Scd̄s modus ē scire quid medicinis est

admiscēduꝫ vt medicine ad mēbꝛuꝫ cū sua virtute perueniant vt miscemꝰ crocū in medicis cordialibꝰ ⁊ nucē muscatā in medicinis capitis. ¶ Tertius modus est scire per quā viā medicina faciliꝰ ad locū deducit: puta clisteri aut potu: vnde intestinoꝝ grossoꝝ vlcera clisteri medicantur: sed subtiliū cū assumptōe medicine ꝑ os ꝓ quāto ꝯsideramus locū. Cōsideramꝰ eniꝫ locū vt absolute ita distantē a loco medicine: qꝛ tūc eligimꝰ primā vtilitatuꝫ istaꝝ triuꝫ. Cōsideramꝰ ēt locū ꝓ quāto est ad hoc determinatū mēbꝛū sicut cerebꝛū: ⁊ sic est scđa vtilitas. Sed ꝓ quāto ꝯsideramꝰ locū mēbꝛi quibusdā determinatis ductibꝰ eē ita vicinū aut remotū hēmus tertiā vtilitatē. ¶ Sed ꝓpter exēpla nota ꝙ pulmo ē lōg' ꝗuus a loco vñ sumit medicina q̄ bibit. Nā primo trāsit ad stomacuꝫ. 2º ad epar. 3º ad coꝛ. 4º ad pulmonē ꝑ venas. Cū aūt medicina labendo sumitur nō est pulmo longe. ⁊ de hoc dictum est supꝛa quō sibi fortis ⁊ debilis medicina est necessaria.

Qñqꝫ cōfert loci ⁊ societatis simul sollicitudinē habere: ⁊ hoc quidē est in eo qđ facere debemꝰ cum fuerit materia tota iā in mēbꝛo euacuata: ⁊ in eo qđ facere debemus cuꝫ materia adhuc euacuatur.

¶ Docet vtilitates que habent ex ꝯsideratōe loci ⁊ societatis simul: ⁊ diuidit in duas. pº facit hoc. 2º ponit cañ. erroꝝ coꝛrectiuos. ibi 2ª: cuꝫ ad diuersum. Prima adhuc in duas. pº enumerat cās aut modos in quibꝰ ꝑ hec duo simul ꝯsideranda inueniūt modus in eligēdo medicinā vel admīstrādo. 2º hoc declarat. 2ª ibi ꝓpē: quoniā cū fuerit. ¶ Dicit pº ꝙ habemꝰ vtilitatē in ista ꝯsideratōe in sciendo qđ facere debemꝰ cum mā peccās tota ē i mēbꝛo eūata ⁊ fluxit ⁊c. 2º iuuamur in sciēdo quid debemꝰ facere cum mā adhuc fluit. ¶ Sꝫ si querat vtrū per hoc iuuemur cū mā ꝑtim fluxit ⁊ partiꝫ est in fluxu? ⁊ silr qñ mā est parata fluere sꝫ nōduꝫ fluit? ⁊ 3º qñ mā est mēbꝛo ꝯtenta nō ꝑ fluxuꝫ sed per paulatinā congestionē? Dicenduꝫ ꝙ sic: vnde idē quoad hoc dicēduꝫ de mā que tota fluxit ⁊ de illa q̄ tota parata ē fluere in mēbꝛo: ⁊ de aggregata ꝑ paulatinaꝫ ꝯgōneꝫ: ⁊ de illa q̄ actu fluit. In illa aūt q̄ partim fluxit ⁊ partim est in fluxu iudicia sunt opposita vt cōstat. Et ideo per hec dicēda datur intelligi qualiter ex hac societate loci noticia inueniūt in quolibet istoꝝ modoꝛuꝫ.

Quoniā cuꝫ sciuerimꝰ ꝙ materia fuerit adhuc in descensu: a suo loco materiaꝫ extrahemꝰ postquā quattuoꝛ ꝯditionū curā habuerimꝰ. Una ē ꝑtis diuersitas quēadmodū a dextra ad sinistrā trahimꝰ ⁊ a superioꝛibus ad inferioꝛa. Et scđa est vt societatis curā habeamꝰ sicut mēstrua vētosis retineamꝰ quas māmillis supponimus socio attrahētes. Et tertia rectitudinū curaꝫ hēre quēadmodū oꝫ i egritudinibꝰ epatis: ī dextra minutioneꝫ facimꝰ basilica: ⁊ in egritudinibꝰ splenis in basilica sinistra. Et quarta quidē est cū sollicitudine elongatōis ne qđ extrahit valde sit ꝓpinquū ei a quo extrahit.

¶ Nunc declarat: ⁊ diuidit in duas ꝑtes. pº docet qđ faciendū sit cū mā fluit. 2º quid faciēduꝫ cū fluxit tota. 2ª ibi: sed cū hic accidit. ¶ De prima ꝑte dicit sic qđ est veꝝ ꝙ cognitio societatis ⁊ loci nos iuuat ad cognoscēdū moduꝫ medicatōis cuꝫ fluit a mā. Et rō est qꝛ cū scimꝰ ꝙ mā adhuc fluit: nos debemꝰ eūare taleꝫ mām: sꝫ cū cura ⁊ sollicitudine quattuoꝛ ꝯditionū. ¶ Prima ē vt trahat ad locuꝫ diuersuꝫ ab illo mēbꝛo ad qđ fluit: puta si mēbꝛuꝫ est sursuꝫ trahat deoꝛsuꝫ: ⁊ si a dextro trahat ad sinistrū. Et hoc non possumꝰ scire nisi noticia loci vel mēbꝛi. ¶ Scđa cōditio est hēre curā societatis: ita ꝙ possumꝰ ꝑ mēbꝛum vel ad mēbꝛuꝫ societatē habēs attrahere: sicut māꝫ a matrice trahimꝰ cuꝫ vētosis q̄ māmillis supponunt. ¶ Tertia est hēre curā rectitudīs vt mām epatis ꝑ dexterā basilicaꝫ euacuemꝰ ⁊ mām splenis cū flebotomia sinistre basilice. ¶ Et 4ª est videre ne attractio fiat ad locū valde vicinū mēbꝛo patienti: ⁊ si ē in oculo nō trahat ad nares: ⁊ si esset ī amigdalis ⁊ vua vt in squinātia nō trahat ad venas que sunt sub ligua. ¶ Circa partē nota ꝙ cuꝫ mā adhuc fluit duplex ē medici intētio. vna est ad fluxū ꝓhibendū: alia ē ad materie eūoneꝫ. In ꝓhibēdo fluxuꝫ debemꝰ ad oᵐ loci: ⁊ quoad hoc adhibet intentio prima ⁊ sollicitudo de quattuoꝛ iā dictis. Nā si trahat ad locū valde vicinū solū nō ꝓhibet fluxus īmo auget ⁊ ꝑcipue in coꝛꝑe plectorio. Et ego plures vidi ex squinātia qui moꝛtui sūt ꝓpter medici iꝑericiā cito ad flobotomiā venaꝝ sub lingua transeuntis quoad eūoneꝫ materiei. Scđa intētio est materiā eūandaꝫ ꝑ aptissima loca ducere que melius apta sūt ⁊ societatē hñt viaꝝ manifestaꝝ vt māmillaꝝ cuꝫ matrice ⁊ loca directe aspiciētia vt basilica cū epate. ¶ Sꝫ hic cadūt tres dubitatōes. Prima vtrū mā fluente sit attractio facienda ad partē diuersam. Scđa quare non fecit mentionē de diametro ꝓfunditatis. Tertia vtrū in passiōe splenis magis ꝯueniat eūatio basilice sinistre q̄ꝫ dextre. ¶ Ad negatiuā primi dubij arguit sic. Mā est eūanda ꝑ locū ad queꝫ nā trāsmittit: ergo nō per locū diuersum a mēbꝛo recipiēte. Assumptū ē Hyp. ī illo affo. Queeūqꝫ ducere oꝫ vñcūqꝫ natura recipit ⁊c. ⁊ Gal. in ꝯmēto: Confirmat qꝛ humores qui inferiꝰ cadunt cogente nā sunt per inferiꝰ eūandi: ergo nō per partē oppositā. Cōsequētia nota ⁊ assumptuꝫ est Hyp. super illo affo. Super diafragma doloꝛes ⁊c. Et Gal. in ꝯmēto duꝫ dixit: Que vero inferiꝰ cogunt in his aperiat poꝛta inferioꝛ. Et idē vult ī illo affo. Nō febꝛicitātibus si fiat. ⁊ idē in illa particula: nō febꝛicitātibus si fiat fastidiū. Et Gal. in ꝯmēto vult ꝙ his significātibꝰ mām colericā in oꝛe stomaci ꝯtineri debemꝰ euacuare vomitu ⁊ nō per partē diuersaꝫ sed eādeꝫ. Et hoc vult Aui. pª quarti de cura putridaꝝ in gnāli cū dixit: Qđ si inuenies humoreꝫ primo declinare ad stomacū: tunc fac vomere cū eis in quibꝰ nō sit diuersitas ꝯsuetudini: īmo cū eis q̄ sunt sirupus acetosus cū aqua calida cū natura mouet humoꝛē ad vomitū ⁊ nō versifices caꝫ. Qđ si illic fuerit declinatio ad ītestina ⁊ senseris rugitū ad descēsuꝫ fecis: tūc adhibe qđ dissoluat ventrē. Idē 16ª tertij. c. de cura colice passionis vbi vomitꝰ appet. Et idē Rasis 9º almāso. c. simili. ⁊ 10ª tertij. c. de asmate. Materia asmatis eūatur tussi ⁊ sputo 16º. c. de colica fit eūatio cū clistere ex mā fluente. Et ī pestilentialibꝰ fit eūatio per parteꝫ eandem: ⁊ cū materia mittitur a principali mēbꝛo ad emūctoꝛiuꝫ euacuamꝰ non diuertendo. Iteꝫ in crisi non diuertit materia.

In oppositum est Aui. hic.

Circa huius dubij solutionem nota primo ꝙ quedaꝫ sunt materie quaruꝫ fluxuꝫ non intēdimus pꝛohibere: sed soluꝫ intēdimus ad earum eūoneꝫ. Et ratio est: naꝫ qñqꝫ materie supfluunt per loca eūonī caꝝ ꝯueniētia: qñqꝫ aūt per loca incōueniētia. ⁊ cuꝫ concurrūt ad loca cōueniētia: non intēdimꝰ fluxū merito huiꝰ ꝓhibere sꝫ iuuare. Medicus eīꝫ ē adiutoꝛ nāe. Cum aūt ꝑ loca incōueniētia fluunt qñqꝫ ꝓhibēdo fluxū possumus ꝓhibere magna nocumēta solū minima faciēdo. Qñqꝫ autē faceremꝰ maioꝛa nocumēta fluxū ꝓhibēdo. verbigra cū mā est ventosa ⁊ currit ad mēbꝛa extrinseca: si diuertit periculū est ī trāsitu eius ꝑ loca ītrinseca ⁊ in hoꝛa illa nocumēta magna sunt. Et ita cū materia ē valde mala a mēbꝛo pꝛīcipali ad emūctoꝛia trāsmissa ⁊ in multis alijs casibus quibꝰ nō obstāte ꝙ mā per mēbꝛa siue incōueniētia loca ducat: tñ qꝛ in ꝓhibitōe fluxus eēt maius ꝑiculū: nos illuꝫ nō ꝓhibemꝰ. Similr qñqꝫ mā peccās est digna euacuatōe qñqꝫ nō. Nā qñ sanguis nō est peccās ⁊ virtꝰ valde debilis: etiā si per ꝯueniētissima loca fieret eūatio tñ ꝓhibemus: qꝛ non dignus est eūone. Quādo aūt est malus ⁊ cuꝫ talibꝰ circūstantijs an in coꝛpoꝛe iuuenili est dignus euacuari ⁊ nō ꝓhibemus sed iuuamꝰ: ⁊ si natura per conueniētia loca facit iuuamus etiā. Ex his ponunt ꝯclōnes. ¶ Prima nō semꝑ mā ad mēbꝛum fluente fluxus ē ꝓhibēdus. pꝫ qꝛ multotiēs iuuamꝰ qñ est ꝑ loca conuenientia vel qñ in ꝓhibitōe cresceret ꝑiculuꝫ. Ex hoc pꝫ ꝙ nō semper ē in colica fimera. hec intētio habet ad fluxuꝫ ꝓhibēduꝫ. ¶ Scđa ꝯclō: vniuersalr mā currente ad mēbꝛuꝫ ita ꝙ intētio sit rōnalis fluxū ꝓhibēdi a mā exñte multa ī fluxu dꝫ attractio fieri ad partē diuersam. ⁊ hec fit ꝓ mente Auic. hic. Et si bene ꝯsideras oīa argumēta ante oppositū probāt cōclōneꝫ primā. ¶ Ad 2ᵐ dubiū rñdet sine argumēto ꝙ nō facit mētionē de diametro ꝓfūditatis: qꝛ multotiēs nimis ē parua: vt in digito: gula: aure ⁊ similibꝰ: ⁊ ī locis vbi nō sit multū parua dat intelligi ꝑ alias. Nā qñqꝫ iuuat: vñ Hyp. in affo. dixit posterioꝛa capitis dolentia recta vena īcisa in fronte iuuat. ¶ Ad 3ᵐ dubiuꝫ dicit ꝙ cōuenit eūatio per sinistrā magis q̄ꝫ per dextrā. sꝫ de hoc dicā ī. c. de flobotomia vbi dicet ꝙ de iuuamento flōme vene sciatice ⁊ saphene q̄ ita ab vno truncho oꝛiunt sicut basilica dextra ⁊ sinistra: q̄ sinistra cū splene hꝫ societatem vicinā quā nō hꝫ cuꝫ dextra ⁊ cꝯ respectu epatis.

Sed cū accidit vt tota materia iam sit eūata: vtreqꝫ res ei cōferūt ex parte: quoniā si voluerimꝰ accipiemus eam ex ipso mēbꝛo: ⁊ si voluerimꝰ trahemus ipsa ad mēbꝛum ꝓpinquū qđ associatū est: ⁊ eam ab eo extrahemꝰ quēadmodū in duas minuimꝰ saphenas ī matricū egritudinibus: ⁊ venā que est sub lingua cuꝫ medicari volumus apostema duarum amigdalaꝝ.

¶ Hic declarat quid faciēdū qñ mā tota ad mēbꝛuꝫ fluxit ⁊ nō ē timoꝛ de fluxu noue māe dicēs ꝙ qñ ita ē possumus mām ꝑ ipsaꝫ partē patientē eūare: ⁊ possumus eūare per mēbꝛuꝫ vicinū societatē tñ habēs cū mēbꝛo patiente.

Per partē ꝓpinquā intellige partem colligataꝫ qꝛ saphena nō ē matrici ꝓpinqua quoad situꝫ.

¶ Et ponit exēpluꝫ Auic. de euacuatiōe per mēbꝛuꝫ ꝓpinquū. naꝫ ē egritudo ex plenitudine sanguīs in matrice ⁊ putamꝰ nō eē in fluxu aliā mām eūamꝰ ꝑ flobotomiā saphene. Et cū est apā calidū in gutture ⁊ nō timemꝰ de fluxu alterius materiei: eūamus per flobotomiā venaruꝫ sub lingua existētiuꝫ: ⁊ emplim resolutiuū ponimꝰ ⁊ simile facimus. Et cā cañ. est clara qꝛ huic intentōi non est ꝓhibitio fluxus necessaria sed pura eūatio: ⁊ ideo dꝫ fieri ꝑ partem aptioꝛeꝫ que est vna istarum.

Cūq3 ad diuersum trahere volueris membri:a quo protrahis dolorem prius seda.

¶ Ponit cañ. duos verificatiōis erroris circa dicta. 2ª ibi:caue tibi. ¶ Dicit p° q si volueris mām diuertere a mēbro:si mēbrū doluerit: p° op3 sedare dolorē. ⁊ cā ē q dolor trahit. ⁊ qñ mā diuertit ponit in motu ⁊ fit facilioris attractōis q̄3 si q̄eta eēt: ⁊ iō si diuertimꝰ nisi fieret vltima diuersio sumꝰ cā maioris fluxꝰ ad mēbrū. ⁊ iterū q dolor ē cā fluxꝰ: p° ē remouēdus ex dicēdis i.c.vl.huiꝰ fen.

Utrū ante diuersionē materie membro dolēte sit dolor sedandus?

Arguit negatiue. In acutissimo dolore nulla melior medicina est q̄3 euātio vsq3 ad sincopi3:ergo ante sedatōe3 doloris est admistrāda medicina euātiua:⁊ ꝑ cōsequēs fit diuersio añ sedationē doloris. Assumptū est Gal. pª affo. illo affo. Que egerūt. Idē ꝯfirmat in dolorībꝰ pectoris faciēda est flobotomia saphene cū materia sit calida. ⁊ est oīno a stupefactiuis cauēdū: ergo dolor nō erit prius sedandus. Et assumptū est Aui. decima tertij. c. de cura doloris pectoris.

In oppositum est Aui. hic.

Pro dubio est notandū p° q dolor quidā est multū fortis ita vt sit timor de virtutis defectu:qdā vero mediocris ⁊ nō tā fortis. ¶ Nota 2° q cura quedā ē regularis quedā coacta. Intēdendo ꝑ regularē illā q̄ fit sine notabili nocumēto vel ꝑiculo. Per coactā vero itelligo que fit cū notabili nocumēto vel periculo:⁊ si infirmo maius īde sequat iuuamētū suo nocumēto. ¶ Tertio nota q ꝑ sedationē doloris duo intelligere debemꝰ. p° totalē doloris reuocatōe3. 2° eiꝰ mitigatōe3.

¶ Nota 4° q ex valde forti dolore sequit per se debilitatio virtutis cū dolor sit marie de ꝓsternēdo virtutē. Sequit 2° materie attractio ad locū dolentē: ⁊ augmētū apostematis si ibi fuerit:⁊ sic augmētū doloris augmētata cā marie qñ humor auget ꝑ illd. ¶ His habitis sit pª ꝯclō. Nō semꝑ in mediocri dolore vel paruo a mā pēdente ī mēbro contenta dolor est prius sedandus q̄3 diuersio fienda. Probat: q in multis casibꝰ per talē diuersionē dolor vere curat eius cā remota:ergo nō op3 aliā operationē p̄cedere. ¶ Scd̄a ꝯclō: nō semꝑ in acutissimo dolore ēt māli priꝰ ē fiēda euātio q̄3 sedādus dolor. Probat ꝯclō q multotiēs virtꝰ est tantū debilis q fortē euōne3 tollerare non posset. modo ꝯstat q mediocris diuersio ⁊ euātio adderet in fluxu ad locū doloris mām ponēdo i motu:ergo nec mediocris nec fortis euātio ante sedatōe3 doloris fiēda ē. Et p̄terea ꝯtingit mām facientē dolorē quoad ptē q̄ fluxit esse ineptā euōni:ita q ēt euātio vsq3 ad sincopi3 nō sufficeret illā euāre:ergo in tali casu ante sedationē doloris nō euacuandū. Cōsequētia p3 ex p̄dictis. ¶ Tertia ꝯclō:qñq3 in acutissimo dolore ē prius euāndū q̄3 dolor sedādus. p3 q qñq3 per talē euōne3 tollit dolor ⁊ curat: vt potest sumi ex Gal. pª ꝑticula affo. loco allegato. ¶ Quarta ꝯclō:talis euātio diuersiua ꝯpetēs in acutissimo nō est regulr̄ fiēda. Probat:nulla euātio vltimata est fiēda regulr̄ vt pōt colligi ab illo affo. In exercitatōibꝰ ad sūmu3. sed oīs euātio in tali fortissimo dolore ꝯueniēs est vltimata:ergo ⁊c. Minor vero p3: q mediocris nō sufficeret ad oppositā parte3 ducere quātū dolor traheret. Et hoc sequit q regulr̄ operādo in cura fortissimi doloris mālis est dolor primus sedādus qñq3 imo semꝑ. ¶ Sequit 2° q nō est ante doloris sedationē diuertēdu3 regulr̄. ¶ Sequit 3° q ī aliquo casu nec regulr̄ operādo est prius sedādus dolor nec priꝰ est euandu3. p3 q qñq3 nō est prius sedādus:puta cū periculu3 ē subiti augmēti morbi in ap̄ate in tpe sedatiōis doloris:s3 euāndū:⁊ hoc irregulr̄. ¶ Ad argumēta. Ad primū p3 q est verum irregulr̄. Ad 2m dicit q in fortissimo dolore illaru3 partiū qñq3 est prius euandu3 irregulr̄ tamen. Qñq3 dolor oīno nō est fortissimꝰ: ⁊ tūc nō o3 sedare priꝰ vt dicit q de tali nō intelligit in cañ.

Et caue tibi ne trāsitus super pricipale fiat.

¶ Nūc ponit 2m cañ. s. q ī tali diuersiōe cauēdū ē ne fiat trāsitꝰ sup mēbru3 pricipale. Cā ē q ꝑiculū ē ī tali trāsitu ne cōicet nocumētū magnū ipsi membro pricipali.

Utrum medico liceat diuertendo sup mēbro pricipali facere trāsitu3?

Affirmatiue arguitur sic. Per cerebru3 l3 hoc facere. Nā posteriora capitis dolentia recta vena in frōte incisa iuuat: sed tūc ꝯstat q trahit sup cerebrū:ergo ⁊c. ¶ Confirmat q peccātes materias in capite ꝑ inferiꝰ euāmus:sed ꝯstat q inferiꝰ ad intestina veniūt trāseundo ꝑ epar:ergo ⁊c. ¶ Tertio in pleuresi dextri lateris flobotomamus basilicā sinistrā:s3 tunc fit transitus super cor:ergo ⁊c.

In oppositum est Aui.

Circa dubiu3 nota p° q materiē que per diuersionē trahunt:quedā sunt vehemēter corrupte: quedā nō sūt corrupte. Exēplu3 primi: vt icipiēte ap̄ate ex mā febris pestilētialis. Exēplu3 scd̄i: vt facta ꝑcussiōe dolorosa in corꝑe prius sano:ꝯstat humores qui trahūtur nō esse corruptos. ¶ Nota 2° q transitꝰ sup mēbro pricipali pōt fieri duplr̄. p° ita q mēbru3 pricipale sit ille terminus ad quē trahit ⁊ in quo figit. 2° mō q pricipale mēbrū sit via per quā trāsit:hoc ē satis notum. ¶ Tertio nota q mēbra pricipalia quedā sunt tollerātia materie trāsitum sine mortis ꝑiculo:quedā aūt nō sunt tollerātia. Exēplu3 primi sicut cerebrū ⁊ epar. Exēplū scd̄i sicut cor qd̄ ꝓpter eius necessitatē ⁊ nobilitatē sui corꝑis nō tollerat. ¶ Tūc sit prima ꝯclō. In diuersiōe māe non corrupte l3 fieri trāsitus per mēbru3 pricipale tanq̄3 per viā: q in tali transitu non est nocumētu3. ¶ Scd̄a ꝯclō est Dy. Nunq̄3 attractio cuiusq3 māe diuertēde fieri d3 ad membru3 pricipale tanq̄3 ad terminu3. Probat q semꝑ attractio fieri d3 de nobili ad ignobile:sed pricipalia sunt alijs nobiliora:ergo ⁊c. Salua Dy. reuerētia hec ꝯclō videt mihi falsa. Nā in fluxu sanguis nariu3 ponimꝰ vētosas super epar vt mā ad epar tanquā ad terminū trahat:⁊ idē in fluxu mēstruorū. Propterea in vulnere vbi multus sanguis fluit a superioribus vt a capite ꝓuocamꝰ timore3 vt inde sanguis ad cor tanquā ad terminu3 trahat. Et probat rōne quia stat attractionē factā ad principale mēbrū tanq̄3 ad terminū esse ipsius pricipalis mēbri ꝯfortatiuā ⁊ ei ꝯuenientē ⁊c. Assūptū ꝓbo q sanguie exñte bono ⁊ hoīe exñte vulnerato:ita vt plurimꝰ sanguis fluxerit a corde ⁊ epate: clarū est q attractio sanguis d alijs mēbris ad pricipalia erit iuuatiua. Et multi sūt casus in quibꝰ ide3 ꝓbat: ⁊ ideo meliꝰ ponit ꝯclō opposita q mā exñte nō male qualitatis ꝯtingit cōuenienter a membro ignobili fieri attractionē ad cor tanq̄3 ad terminū ad quē. p3 q ꝯtingit illa3 mām in mēbro ignobili supfluere ⁊ pricipale cade3 indigere. ¶ Tertia ꝯclō: materia exñte corrupta qñq3 ꝯueniēter trahit ad mēbru3 principale nō tanq̄3 ad terminū ad quē:s3 per viā trāsitus. Ista patēt per argumēta facta ante om p̄cipue de epate ⁊ cerebro. ¶ Quartā ꝯclōnē ponit Dy. Mā corrupta nō est ducēda per cor tanq̄3 per viam:q cor nō patit transitū talis māe ꝓpter eiꝰ nobilitatē. Et iō Gal. in ꝯmēto illius affo. Que ducere o3. vituperat euōnem māe factā super corde. Ego tū puto nō esse incōueniēs qñq3 corruptā mām ire ꝑ cor vbi per aliā viā nō sit possibile trahere ⁊ nocumētum remouere. Eius tū iuuamētū erit maius nocumēto: ⁊ ideo pono aliā ꝯclōne3. Ceteris paribꝰ ⁊ deducta īdigētia ī principali mēbro meliꝰ est nō trāsire per ipm mēbru3 pricipale q̄3 trāsire. p3 q si mēbrum pricipale nō indiget tali humore i trāsitu ꝑ ip3 aliqd̄ recipit nocumētū: s3 ceteris paribꝰ magis ē euitādū nocumētū pricipalis mēbri q̄3 aliorum: ergo ⁊c. Hāc ꝯclōne3 puto voluisse Aui. nō q non possumꝰ trahere vel q ꝑ pricipale nūq̄3 sit trahēdu3: sed de hoc cauere debemꝰ: aut ceteris paribꝰ ꝑ aliā via3 euacuare si possumꝰ. Et ꝑ3 hoc p3 argumētorū solutio.

Et vtilitas quidē que sequit ex pte virtutis mēbri ē triu3 semitarū. Una ē dignitatis ⁊ pricipatꝰ cura3 hēre: quoniā super mēbra pricipalia nō faciemꝰ aliquid cū fortibꝰ medicinis in quo sit ambigēdū quātomagis potuerimus ne nocumētum toti corpori cōe faciamꝰ. Quapꝑ ex cerebro ⁊ epate nō euacuabimꝰ illud qd̄ ab eis euāre debemꝰ ī vna hora:neq3 vllo mō vehemēti infrigidabimꝰ ifridatōe:⁊ cū epati emplr̄in supponemꝰ ex medicis resoluētibꝰ nō relinquemꝰ quin ī eo res retētiuas ⁊ boni odoris ponamꝰ ꝑꝑ v̄tutē custodiēdā. ⁊ silr̄ ī eis q̄ ꝑꝑ eā ad bibēn. damꝰ. Qd̄ aūt inter oīa mēbra hac tota custodia digniꝰ existit ē cor ⁊ postea cerebrū ⁊ pꝰ ip3 epar.

¶ Nunc docet eligere modos admistrādi fortes ac debiles medicinas virtute mēbri attinētis ꝓ maiori parte:⁊ hic nō sumit virtꝰ ꝓ robore s3 ꝓ aīa vt ē determiate operatōis factiua:⁊ diuidit in tres ptes. p° ponit numerū modorū quibus ista vtilitas sumit dando primū. 2° scd̄m. 3° tertiū. ibi 2ª:⁊ duo quidē. ibi 3ª:⁊ semita. ¶ De pª dicit quattuor. Primū ē q vtilitas cognoscēdi virtute3 mēbri est triū modorū. Scd̄3 dictū ē vnꝰ modus ⁊ est habere curā pricipalis mēbri hoc mō q super mēbrū pricipale nō faciamꝰ aliquid sup quo sit ābiguitas:aut euāndo:aut alterādo cū medicis fortibꝰ quāto magis possumꝰ:⁊ hoc ne fiat nocumētū toti cōicans. Tertiū dictū est q ꝓpter hāc cāni quorūda3 modorū operatōu3 medici potes assignare cā3. Nā hic est q a cerebro ⁊ ab epate nō euāmus vna vice illud qd̄ ē euāndū:supple si fuerit multū. Et ꝑ ide3 non īfrigidamꝰ hec mēbra vehemēti īfridatiōe. Et ꝓpter idē ī epithimatibꝰ que ponunt sup epar nō est relinquēdū quin ponant res boni odoris ꝓpter mēbri ꝯfortatōe3. Et cū in potu medicīas damus solutiuas educētes ab epate: miscemus res boni odoris. Quartū est q iter mēbra digniꝰ tāta custodia est cor. 2° est cerebrū. 3° est epar. ¶ Circa ꝑte3 nota p° q principaliū mēbrorū virtutes ⁊ opatōes faciunt ad īdiuidui ꝯseruationē p̄cipue nominatorū: ⁊ iō marie est hūda illorū custodia. ¶ Nota 2° q virtꝰ illorū marie debilitari videt deductis agētibꝰ a ꝓprietate per medicinas euātiuas aut solutiuas: ⁊ iō ista genera mediciarū sūt no-

Pro isto notato vide Gētilē3 in isto loco.

minata per Auic. Nā hec mēbra indigēt pñtia multi spūs ⁊ debita ꝯpagine sui caloris siue fortitudine. Et q̄ euone spūs dissoluūt ⁊ mollificātia ꝓpriā substantiā mēbri relaxāt ⁊ ita resolutiua resoluūt spūm ⁊ maxie calida. frida autē caloꝛē nālē debilitāt: Ideo istis medicis existētib⁹ necessarijs cauēduȝ est ab eaꝝ fortitudie sup principalib⁹ ī administrādo. Qḋ si necessaria fuerit administratio fortiū: tūc miscēda sunt cū istis que resistūt effectib⁹ eaꝝ in substātia mēbri vel spūs. Et hoc mō resistētes sunt stiptice substantiā mēbri vnictes: ⁊ medicine odorifere spūs ꝯfortātes. Et iō hic Auic. plures enumerat ꝯmiscēdas ꝑdictis. Sed hic cadūt due difficultates. Pria q̄ ꝑmixtio stipticoꝝ cū solutiuis videt̄ irratōabilis. Nā quātū iuuat medicia stiptica ad mēbri ꝯfortatōēȝ: tantū ꝓhibet humoꝝ dissolutionē: quare melius videt̄ solutiuū sine stipticis fm tenorē virtutis administrandū. ¶ Huic dicit̄ q̄ mēbroꝝ virtus ē magis apta ꝯseruari per substātiaȝ medicinaꝝ stipticaruȝ ex leui adiutorio habito q̄ȝ humor sit apt⁹ igrossari vel cōstringi ꝑ illa medicinā. Nā cū humor ē malus dissolutōe indigēs: natura nō conat̄ ad illius dissolutionē quin ēt ad ꝓprij mēbri ratifica. ōeȝ. ¶ Seḋa dubitatio qūo aromatica cal'a cōfortāt mēbra pricipalia. Nā Aui. in. c. de virib⁹ cordis. ponit aromatica cal'a cōfortare mēbra pricipalia. s. virtutē vitaleȝ. ¶ Huic rūdet Dy. q̄ medicine odorifere sunt cōfortātes virtutē duob⁹ modis. Un⁹ ē q̄ multiplicant substātiā spūs. Scḋs ē contēperādo ꝯplōnem coꝛ ⁊ equando. Et ꝯcesso mō primo vr̄ q̄ aromatica cala nō cōfortāt 2° mō cor ⁊ spūs calefactos: q̄ tñ sunt cōmiscēda in epithimatib⁹ frigidis: vt pȝ. xj^a tertij. Nā hec aromatica spūs nō adequarent: imo calefacerēt. Dicēdū ergo alr̄ q̄ quēadmodū cor per pñtiaȝ ꝯueniētis quātitatis spūs ē forti⁹ ad sua ꝑamēta faciēda: ita per pñtiā vaporis ab aromatico eleuati ad cor petētis: aut pñtiā q̄litatis ipresse ab aromatico est potētius tā in agēdo q̄ȝ in resistēdo. Ista auteȝ q̄litas ē de genere ꝓprietatis. Qḋ aūt aromatica calida ī epithimatib⁹ cordis ꝯmiscent̄ cū medicis fridis ē ad resistendū ipressioni medicinaꝝ fridaꝝ ne ꝑ illas spūs ꝯgelarent̄. veꝝ ifrigidādo cor vtimur fridis aromaticis qm̄ ifrigidādo ipꝛimūt qualitatē occultā ꝯfortatiuā vt ꝑdicit̄.

Cōfortatio spirituū ex aromaticis ꝓueniēs reducit̄ ad ꝓprietatē occultā.

¶ Tertia dubitatio ē de ordine mēbroꝝ in dignitate custodie. s. vtrū primū sit cor scḋm cerebrū ⁊ tertiū epar. Et mouet̄ dubiū 7° terapētice a Gal. vbi dicit ad literā: In egritudinib⁹ magis idigem⁹ custodia epatis q̄ȝ cerebri. Et ita dicit Gal. xj° de igenio sanitatis q̄ nō idigem⁹ ī egritudinib⁹ virtute pulsatili multū robusta sicut nec motiua sȝ digestiua idigem⁹ robusta: ⁊ q̄ digestiua ē virt⁹ pēdēs ab influxu epatis relique dicte a corde ⁊ cerebro: videt̄ q̄ magis debem⁹ virtutē epatis custodire q̄ȝ cordis aut cerebri: ⁊ magis idigem⁹ illius mēbri virtute robusta. ¶ Sȝ nota p° q̄ aliud ē dicere indigere virtute mēbri: ⁊ aliud idigere illi⁹ mēbri virtute robusta. Nam stat virtutē satis debilē operatōēȝ tñ facere satis necessariā ad iduidui vel spēi ꝯseruationē. ¶ Itē 2° aliud ē dicere idigere pulsatili virtute in mēbro robusto ⁊ aliud vitali. Nā virt⁹ pulsatilis multotiēs in mēbro est debilis: q̄ artarie sunt ipedite que tñ nō erit debilis vt vitalis. ¶ Nota 2° q̄ a cerebro pēdet motus anhelit⁹: ⁊ iō absolute destructa cerebri virtute tollit̄ anhelit⁹: ⁊ iō hō morit̄. sed virtute epatis ablata q̄ īfluxus ei⁹ ē magis mēbris gnālis ⁊ diuti⁹ ꝑseuerās q̄ȝ cerebri īfluxus: ideo hō diutius viueret sine epatis īfluxu q̄ȝ sine īfluxu cerebri. ¶ Ex quib⁹ pȝ q̄ absolute plus īdigem⁹ custodia virtutis cordis: q̄ corde deficiēte statiȝ morit̄ hō. 2^a custodia virtutis cerebri: q̄ illa deficiēte deficit anhelitus ⁊ cito morit̄. 3° epatis virtute ⁊ eius defectu mors tardius aduenit. ⁊ hoc vult hic Aui. ¶ Patet 2° q̄ virtute epatis ī morbis magnis indigem⁹ vt sit robur q̄ȝ virtute cerebri: q̄ debilis virt⁹ cerebri sufficit ad anhelituȝ faciendū. ¶ Pȝ 3° q̄ virtute epatis digestiua indigemus fortiori in mēbro patiente q̄ȝ virtute cordis vt pulsatili: sed nunquā vt virtute cordis vitali. Et hec duo vltima voluit Gal. loco allegato.

Ratio q̄ si eēt debilis virtus epatis nō possȝ digerere materiā morbi.

Et scḋa quidē semita ē curaȝ habere operatōis mēbro associate licet non sit principale sicut stomacus ⁊ pulmo. Quapp in febrib⁹ cum stomaci debilitate aquā frigidaȝ in potu que sit vehemētis frigiditatis non dam⁹. Et scias q̄ dare ea pura que laxa faciūt pricipalib⁹ mēbris ⁊ eis que sūt corā ipsis ē valde timorosum ī re vite.

¶ Ponit 2^m modū quo iuuamur per virtutis mēbri cōsideratione: ⁊ dicit tria. ¶ Primū est q̄ iuuamur per cognitionē virtutis mēbri: q̄ oȝ habere curā nō solū de mēbro pricipali sed ēt de mēbro qḋ hȝ virtutē associatā mēbro pricipali: vt stomacus ⁊ pulmo. Nā stomacus preparat epati ⁊ pulmo cordi. Et hic sumit̄ opatio large ꝓ operatōe ⁊ ꝓ iuuamēto nō vt iuuamētū. Cōtra opationē distinguit̄: vt videt̄ prima hui⁹ sūma de mēbris. ¶ Dicit 2° q̄ ꝓpterea in febrib⁹ cū debilitate stomaci nō dam⁹ aquā frigidā vt nō destruam⁹ stomaci virtutē. ¶ Dicit 3° q̄ approximare ea que faciūt laxaȝ mēbris principalib⁹ ē maxime ꝑiculosuȝ ī re vite. ¶ Circa partē p° nota q̄ talia mēbra ⁊ si nō sint pricipalia: tñ eoꝝ seruitiū est necessariū pricipali ad bene operādū. Ideo illoꝝ nocumētū mēdiāte nocumēto operatōis pricipalis mēbri ita cōicat̄ toti sicut nocumētū pricipalis: lȝ ex toto nō equalr̄. Et ideo in his mēbris magna debet adhiberi cautela de eoruȝ custodia. Et propterea laxa faciētia puta que valde virtuteȝ debilitant sunt cauenda sicut in principali diximus.

Et semita tertia est hēre sollicitudinē acuitatis sensus ⁊ ei⁹ hebetudinis: debet nāqȝ sibi cauere ne mēbris acuti sēsus neruosis det medicias malaꝝ q̄litatū ⁊ mordicatiuas ⁊ nocitiuas sicut sūt titimali ⁊ reliq̄ ab eis.

¶ Ponit tertiū mēbruȝ: ⁊ diuidit̄ in tres ꝑtes. p° facit hoc. 2° enumerat medicinaꝝ virtutes a quib⁹ in mēbris dictis est cauēduȝ. ibi 2^a: medicinaꝝ vero. ¶ De p^a dicit q̄ tertia via ē habere cura sensibilitatis mēbri. s. acuitatis sensus ⁊ hebetudinis. Nā in mēbris acuti sensus nō sunt ponēde medicine malaꝝ quātitatū ⁊ mordicatiue ⁊ vomitiue, sicut sūt titimalus ⁊ sibi silēs. ¶ Ubi nota q̄ ꝑ mēbra acuti sensus nō debem⁹ itelligere mēbra rectioris iudicij ī sensu: sȝ mēbra magis recipiētia ipressionē sensibiliū: ⁊ ita ex leui ꝯrio approximato apta dolere sicut sūt loca neruosa ⁊ capita musculoꝝ ⁊ os stomaci ⁊ pellicule oculi. Membra aūt dicunt̄ recti sensus tact⁹ q̄ apta de sensib⁹ recte iudicare. Et hoc modo inter mēbra nostri corporis est rectissimi sensus tactus vola manus os stomaci ⁊ caput virge vt dicit̄ prima hui⁹. ¶ Ex quib⁹ pȝ cā verificās partem: q̄ medicine ille in talibus mēbris ex vehemētia doloris multa nocumēta facerent: ⁊ ideo talia valde raro ponuntur in vlcerib⁹ oculoruȝ: q̄ plus valde nocent in vlceribus oculoꝝ q̄ȝ alioruȝ mēbrorum.

Vide a Gentili.

Mediciaꝝ vō a quaꝝ datōe nobis cauem⁹ spēs sunt tres resoluētes ⁊ vehemēter ifriantes ⁊ ꝯrias hñtes q̄litates sicut flos eris ⁊ cerusa ⁊ calcecumenō ⁊ eis silia: ⁊ hoc quidē ē electōeȝ medicie diuidere fȝ mēbri naturā.

¶ Nunc enumerat qualitates ⁊ dispōnes medicinaꝝ a quaꝝ exhibitōe est cauendū. Et puto q̄ hec referat̄ ad pricipalia mēbra ⁊ sibi seruiētia ⁊ acuti sensus. Et dicitur q̄ sunt triū modoꝝ. s. vehemēter resoluētes: fortit ifridātes ⁊ qualitates ꝯrias hñtes. ¶ Nota hic fm Dy. q̄ per hec verba itelligunt̄ medicine oēs magnū excessuȝ hñtes ī aliqua virtute. Et q̄ virtutes medicinaꝝ queda sunt prime q̄dā sunt scḋe q̄dā tertie: vt dicit̄ 5° colliȝ. ⁊ ifra in 2°: ideo dicet̄ de vehemēter resoluētib⁹ loco secūdaꝝ virtutū: de vehemēter ifrigidātibus loco primarū: ⁊ ꝯrias qualitates hñtib⁹ loco tertiaꝝ virtutū occultaꝝ. ¶ Aliter aūt possumus dicere q̄ medicine calide ⁊ stiptice humide ⁊ sicce ille nō sunt multū ꝑiculose ipressionis vt sic: ⁊ iō de illis nō intēdit sed de his que aliquo dictoꝝ modoꝝ sūt fortes. viride aūt es est corrosiuū ⁊ vehemēter dissolutiuū: ⁊ cerusa est vehemēter frida: ⁊ calcecumē qḋ est gissuȝ hȝ q̄litates ꝯrias ⁊ malas: nisi abluat̄: vnde vehemēter dolorē causat ⁊ ꝑcipue in oculoꝝ medicis. Ex quibus oībus pȝ qūo debemus eligere medicinā fm mēbri naturaȝ.

Secūdū vero egritudis quātitatē quātuȝ illi: verbi gratia cui⁹ corꝑis caliditas egrotatiua ē fortis: ⁊ necessariū ē ipsaȝ extiguere cū medicina que sit ī ifrigidādo fortissima: ⁊ illi cui⁹ accidētalis friditas ē fortis ē necessariū eā tale facere cū medicia fortis calefactōis. si vero nō fuerint fortes: medicie debilioris qualitatis nobis sufficiēt.

¶ Nunc docet eligere medicinā fm quātitatem morbi. Dicit q̄ medicina merito huius debet morbo proportionari. Et ideo si fuerit egritudo calida multū indiget medicina fortis infrigidatōis. ⁊ si fuerit multū frigida indiget medicina fortis caliditatis. ⁊ si fuerit leuis caliditatis: tūc medicina leuioris friditatis sufficit ⁊ ecōtra. Et hec pars est nota: quoniā cū ꝯtrariū debet esse sufficiēs ad morbuȝ remouēduȝ: morbus qui est maioris resistētie fortiorē indicat offerri medicinā. ¶ Et q̄ solet hic dubitari vtruȝ oīs cura fiat per ꝯriuȝ equalis gradus cū morbo: pōt hoc itelligi duob⁹ modis. Uno modo q̄ illa tantū distāt per contrariā qualitatē denoiatiue a cōplōne] nāli corporis curandi quātuȝ corpus a proprio tēperamēto est remotum. Scḋo modo q̄ effectiue sit tāti gradus qualitatis opposite inductiua in tale corpus egrū: quanto gradu illud est lapsuȝ: ⁊ ita dicit̄ tanti gradus effectiue ⁊ nō formalr̄. Iteȝ medicinaꝝ taliuȝ effectiue: quedā sunt effectiue tales ī applicatiōe vna: quedā in plurib⁹: tūc dicēdū est q̄ nō semꝑ fieri dȝ cura per ꝯria formalr̄ ⁊ denominatiue tāti gradus q̄zti ē egritudo. Istḋ pȝ ex vsu practicātiū. ¶ Scḋa ꝯclō nō semper dȝ fieri cura per ꝯria effectiue in gradu quo ad vnaȝ applicationē. pȝ q̄ in cura egritudinū nos multotiens remedia applicamus. ¶ Tertia ꝯclō: cuilibet ꝯplōni gradualr̄ a tēperamento distanti: cura est faciēda per ꝯria sibi effectiue equalia in vna applicatōe vel in plurib⁹. hoc pȝ q̄ tandeȝ oportebit per actum curatiuū totam malam ꝯplexionē

Nota q̄ ex parte q̄titatis egritudis cognoscit̄ quātitas medicie magis imediate q̄ȝ ex natura membri.

Pro hoc dubio recurre ad Gētilē in isto loco ⁊c̄.

cōplexionē abijcere ⁊ ad terminū naturalem deducere.

Ex pte aūt egritudis ē vt sciamꝰ in quo suoꝝ tēporuꝫ sit egritudo: verbigratia cū apostema ī pricipio fuerit super ipsuꝫ ponemꝰ qđ solū repercutiat. ⁊ si ī cōi statu fuerit: ponemꝰ illud qđ solūmō resoluat: ī medio aūt miscebimꝰ vtraqꝫ. Et si egritudo fuerit acuta: ipsa ī pricipio existēte tēperate regimē subtiliabimꝰ: ⁊ si in statu fuerit: in subtiliādo studebimꝰ. ⁊ si fuerit ꝓlixa nō tātuꝫ in pricipio subtiliabimꝰ: sꝫ ī statu tpata vtemur subtiliatōe: lꝫ mltas ꝓlixaꝝ egritudinū p̄ter febres subtiliatiuū resoluat regimē. Egritu° quoqꝫ si mlte ebulliētis fuerit materie ī prin° eā eūabimꝰ ñ expectātes maturatōeꝫ. ⁊ si mediocris fuerit maturabimꝰ eaꝫ ⁊ postea eūabimus.

¶ Superiꝰ Aui. docuit eligere medicie qualitatē ⁊ quātitatē: nūc docet eligere tp̄s approximādi qđ fuit tertiū: ⁊ maxie in quo tpe de tpibꝰ morbi: an hec vel illa sint approximāda. Et puto hāc introductōeꝫ istius ptis notā: lꝫ posset dici q hic ex q̄ꝫtitate morbi variata ꝓm tp̄s docet eligere quātitatē medicine. Et diuidiť hoc residuuꝫ capli in tres ptes. p° facit qđ dictū ē. 2° reuertiť ad docēdū qūo medicie q̄ꝫtitas ex rebꝰ q̄ ex sua ꝯueniētia significāt sup illud eligať. ⁊ hec ps p̄cedē d̄buit: sꝫ ē iordinatio vt dixi supra. 3° ponit quosdā iordinatos cañ. ī mō medicatōis seruādos ⁊ gnāles. 2ª ibi: cognitio aūt. ibi 3ª: ⁊ dicemus q in egritudinibꝰ. Et q: in eligēdo ꝯueniētē horā in administratōe medicinaꝝ rōne tpis morbi nō fuit facile gnāles cañ. facere: ideo tm̄ per exª. In hac pte p° declarat qūo ex tpe iudicamꝰ de dando medicinā: imo nō solū de medicia approximāda: sed ēt de mō diete ordināde. ⁊ ꝓm hoc sūt tria exª. ¶ De pª parte dicit q ex pte egritudis eligimꝰ horā exhibēdi medicinaꝫ. verbigrā in apatibꝰ calidis a pricipio approximamꝰ repcussiua: in augmēto pmiscemꝰ resolutiua cū istis: in statu vero precipue quoad vltimā ptem eius approximamꝰ pure resolutiua. Et ꝓ nunc de veritate exēpli nō curo. naꝫ infra in. c. de apatibus de hoc dicemus.

¶ Scđꝫ exm est de dieta ⁊ dicit q ī egritudinibꝰ absolute acutis ī pricipio subtiliamꝰ regimē tpate. i. vtimur dieta q̄ absolute vocať tenuis: ⁊ ē exhibitio ptisane ordeacee: ⁊ ī eadē egritudine ī statu magis subtiliamꝰ. Si vero egritudo fuerit ꝓlixa in prin° nō tantū subtiliamꝰ: lꝫ in statu subtilienꝰ tēperate. i. mediocriter. Subtiliamꝰ. s. plusq̄ꝫ ī pricipio quāuis ēt multas egritudines alias a febribꝰ subtiliantiū regimē resoluat. i. destruat. ¶ Exēpluꝫ 3m est de medicina euacuante: ⁊ dicit q si egritudo pendet a multa ebullitōe mãe statiꝫ a pricipio eūamus nō expectādo digestionē. Sꝫ si egritudo fuerit mediocris nō vltimate malicie: prius mām maturabimꝰ postea eūabimus. Et per hoc exēpluꝫ pꝫ q cōsideratio tēpoꝝ egritudis quibusdā alijs circūstantijs faciet nos cognoscere vtrū hoc vel illud farmacū sit exhibeñ. Et sic ēt pꝫ qūo eligimꝰ horā. i. tp̄s ꝓut ad egritudinē refeřť ī quo medicia est approximāda: lꝫ hoc in sp̄ālibꝰ sit clarius exponēdū. ¶ Circa quā parteꝫ p° nota q rōne tpis in se ꝯsiderati q: sit longū aut breue nō oꝫ medicinā variare dūmodo oēs dispōnes cēnt eedē: vt sumiť 3° ⁊ 4° de igenio sanitatis. Sꝫ rōne tpis vt ē tale tp̄s morbi: puta principiū aut augmētū ⁊c. variant medicine approximāde. ⁊ hoc q: in talibꝰ tpibus morboꝝ diuersi sunt morbi ⁊ cāruꝫ dispōnes. Et inde est q Gal. nō vult tp̄s indicare de mō medicatōis nisi ꝓꝫ q in eo iueniť varia morbi ⁊ cāꝝ ⁊ mēbroꝝ dispō. Ab illis qñ sumiť idicatio de qualitate ⁊ quātitate farmaci offerendi: voluit q has duas intētōes habemꝰ ⁊ tpis cōsideratio includiť in his: tm̄ fecit ad doctrine facilitatē distiguere ꝓꝫ tpa: vt sūt morbi tpa ⁊ cañ. curatōis. Et iō facit illud Aui. hic: q: ꝓm dispōnes dictas in morbi tpibus nō variant applicatōes mediciaꝝ alteratiuaꝝ: sed variať modus dictādi ⁊ approximādi medicinas eūatiuas q̄ a ꝓprietate hoc faciunt. Et de istis dedit exēpluꝫ 3m q cām verificatōis primi exēpli habemꝰ in. c. de cura apatis. ⁊ qūo hoc dictum itelligať. nā nō semp est in statu coꝝ taliter operādū. Sed verificationeꝫ scđi exēpli habuisti supra in. c. ⁊ ex pª q̄rti de regimine febricitātiū. Verificationē aūt tertij exēpli habes pª q̄rti. c. de cura putridaꝝ in gnāli ⁊ pª pticula affo. ¶ Sꝫ dubitať quare in fine scđi exēpli dixit Aui. q multas ꝓlixas egritudies p̄ter febres subtiliantiuꝫ regimen resoluit.

¶ Ad hoc rñdet Dy. q illud pōt itelligi vno mō: ne videať q solū in febribꝰ ⁊ solū in acutis sit vtendū subtiliatiuo regimie: dixit q multas prolixas egritudines p̄ter febres. i. a febribꝰ resoluit regimē subtiliantiū: vt idropisim paralesim ⁊ alias egritudines. ⁊ hic modus placet mihi.

¶ Scđo mō pōt exponi q li p̄ter excipiat febres. ⁊ rō est: q: in morbis in quibꝰ expectať crisis futura a lōge ī prin° magis ingrossamꝰ: vt virtꝰ sit tpe crisis ꝯstans cū maiori subtiliatōe que tūc erit necessaria. Et iō in febribꝰ ꝓlixis ī quibꝰ crisiꝫ expectamꝰ nō est a pricipio ita regimē subtiliādū. Et q: in febribꝰ maxime iter alios morbos accidit crisis: iō illas excipit. vel iō q: in febribꝰ nō tātū subtilianus sicut in alijs mālibꝰ ꝓlixis egritudinibꝰ. Et iō hoc ē q: febres sunt cū maiori dissolutōe pp caliditatē p̄ternaturalē: ⁊ iō virtꝰ tantā regimīs subtiliationē tollerare nō pōt. Sꝫ ista expositio ē ambigua. Nā videť ꝯcludere q in prin° febriū in quibꝰ nō ē futura crisis: nō oꝫ grossius dictare q̄ꝫ in augmēto vel statu. qđ tm̄ nō vř Aui. velle vlř pª q̄rti. c. de cibatōe febricitātiū. Et rō q: calor febrilis p̄ter nāꝫ magis corrūpit cibū ⁊ debilitat digestiuaꝫ q̄ꝫ alij morbi eque lōgi: iō in febribꝰ erit qñqꝫ magis subtiliādum: ergo mihi placet pª expō. ¶ Circa exēpluꝫ 3m nota q mā existēte multa ⁊ ebulliēte ipsa est mobilis ⁊ maligna ⁊ ē illa q̄ vocať furiosa: ⁊ de eiꝰ remanētia in corpe est timor: de cursu ad aliqđ mēbruꝫ pricipale. Et q: ipsa ē mobilis ⁊ virtꝰ eius expulsionē facere conať: iō cū farmaco aut flobotomia est a pricipio eradicāda. Si vero mā fuerit mlta ⁊ nō ebulliēs: est in prin° saltē minorāda vt virtꝰ sit sup residuuꝫ potēs. Sꝫ si nō ē multa nec furiosa: est digestio expectāda ad hoc vt nō sequant nocumēta q̄ ponunť pª q̄rti. c. all'.

Nota q qñ dixit ebullientis duo tāgit: furiosaꝫ mām ⁊ multitudiē: licet respectu furiose competat eūatio eradicatiua: ⁊ respectu multe: minoratiua: nō tm̄ illa minoratiua que euacuat partē morbi. sꝫ q̄ partē materie: quare ⁊c.

Cognitio aūt reꝝ que sua significāt ꝯueniētia est ad sciendū tibi facilis. ⁊ aer quidē qui ex eaꝝ existit sūma est dignior: cuius rem custodiri opꝫ: ⁊ an sit medicine iuuamētuꝫ prestans an egritudini.

¶ Hic reuertiť ad dicendū qūo iudicamꝰ de quātitate medicine p res q̄ illud significāt sua cōueniētia: ⁊ ē ps que dꝫ p̄poni ī ordine: ⁊ dicit duo. Primū ē q cognitio istaꝝ reꝝ per quā cognoscimus qūo quātitatē medicine merito eaꝝ pmutari oꝫ facilis ē: ⁊ iō nō idiget cañ. Naꝫ si res iste iuuāt morbū ī resistēdo: tūc augēda est virtus medicine. si vero nō: nō. ⁊ si iuuant medicinā minuēda est virtus eius alijs paribꝰ. Diciť 2° q aer qui ē de hac sūma: est vnū qđ est magis ꝯsiderāduꝫ si iuuat mām morbi aut nām medicine opantis in morbū. ¶ Circa pm dictū nota q res iste vt supra diximꝰ sunt etas: sexus: ꝯsuetudo: tēpꝰ: regio: virtus: aer ⁊ habitudo corpis. Ista aūt assentiūt cū forti medicina approximāda sicut etas iuuētutis ⁊ virtus fortis ⁊ tp̄s tpatuꝫ ꝯsuetudo eas sumēdi. aut ēt dissentiūt sicut opposita istis. qñqꝫ auteꝫ dissentiūt in fortitudine alterātis: imo indicāt fortitudinē alterātis cū sint discrasie augmētatiua: ⁊ qñqꝫ indicāt debilitatē cum sint eius remissiua. ⁊ hec sūt facilia ad cognosceñ. De mō ꝯsentiēdi ī cūone vel dissentiēdi in qua ē plus studij: diceť in. c. iij. sigillatiꝫ ꝓm vnūqđqꝫ istoꝝ. ¶ Circa 2m attēde q vt diciť 9° de ingenio: Sine aere nō est possibile eē sanū nec esse egrū: ⁊ ideo aeris alteratio est ꝯtinua pmutatio corpis nr̄i: ab ipso permutatio est fortis ⁊ forte magis q̄ꝫ aliaꝝ rerū extrīsecarū: ⁊ ideo iter res extrīsecas oꝫ magis eius dispōneꝫ ꝯsiderare. Sꝫ virtus corporis multo pricipalius est cōsideranda: de qua Aui. non dixit q: est intrinseca ⁊ nota.

Et ex his collige q iste res nō sunt principaliť indicātes in electōe quātitatis medicine.

Et dicemus q in egritudinibꝰ in quibus est timor ⁊ non sumus securi ex defectu virtutis: si qđ facere debemus tardauerimus: aut ex eo aliquid alleuiauerimꝰ: a forti medicamine primo incipere debemus. Ille vero in quibus non existit timor secūduꝫ ordinem ad fortioreꝫ procedet si non suffecerit eis debilis.

¶ In ista tertia parte pricipali scđe partis huiꝰ capli ponunť quidā cañ. vľes sed nō ordinati: ⁊ habēt aliquā particularitatē: ⁊ diuidiť in tot ptes quot sunt cañ. ¶ Primꝰ cañ. ē q ī egritudinibꝰ timoris in quibꝰ. s. dubitādū ē ne infirmꝰ cito pereat si nō succurrať ei oī modo possibili debemꝰ icipere a forti medicamie. sed in illis que nō sunt huiusmodi timoris incipiēdū est a debili ⁊ gradatiꝫ veniēdo ad fortē si debilia nō sufficerēt. ¶ Nota q morboꝝ qdā sunt velocissime actōis ad perimēdū: qdā nō tā cito pimere pñt. Exm primi: sicut squinātia accñs in musculis intrisecis epigloti: q: illa pp nocumētū anhelitus qđ sequitur subito iterficit. In talibꝰ ergo morbis nō expectādū ī forti medicatōis applicatōe aut flobotomie vsqꝫ ad sincopim ⁊ attractōeꝫ cū fortissimis doloribꝰ. Et pariter in apoplexia in pricipio frenesis cū fortibꝰ medicis ē operādū. ⁊ cā ē q: aliter magnū periculū nō possumꝰ euitare. Sꝫ cū huiusmodi timoris nō fuerit egritudo: p° incipiēdū est a debili. Qđ si sufficit: bñ est. si nō: gradatiꝫ ad forteꝫ veniēdū est. Et cā est q: nocumētū est in approximatōe fortis medicine cū nā nō tolleret fortes ⁊ repētinas mutatiōes sine nocumēto. Vt igiť hoc euiteť incipienꝰ a debilibꝰ: q: cū ad fortiora venerimꝰ nā erit magis assuefacta. Scđa cā ē q: multotiēs a pricipio egritudinē nō ita cognoscimꝰ ⁊ precipue debilē. Si ergo a forti medicina iceperemꝰ ⁊ ibi error esset sequereť magnū nocumētū: qđ nō fit icipiēdo a debili vt infra diceť. ¶ Nota 2° q talis administratio medicaminis a pricipio ē irregularis: q: p ipsaꝫ fit notabile nocumētuꝫ: vel posset icurrere piculū notabilis nocumēti. Et fit hec administratio pp maius piculum euitāduꝫ. sed alius modus operatōis ē regularis. Et ex hoc vide modū exponēdi illud qđ diciť 22ª tertij de cura doloris iūcturaꝝ cuꝫ diciť: Et incipe a re forti si nō ꝓhibeat priuatio maturitatis ⁊ grossitudo materierū quāuis facilis sit incolumior ⁊

gradatio ꝯuenītioꝛ. Nam a re forti euātiua īcipiēdū ē qꝛ debilis mouet ⁊ nō euacuat ita qn multū ad locū doloris fluat. Fit ergo nocumētū ꝑꝑ maius euitāduꝫ: ſꝫ gradatio eſt īcolumioꝛ. Nō igit̄ incipiēdū ē a forti abſolute ſed vbi ꝯuenit: qꝛ eſt irregularis. Scḋo vide ꝙ licet qn̄qꝫ medico ꝯ̄riū egritudini maioris gradus q̄ꝫ ſit egritudo approxi/mare: vnde multo fortioꝛē facim⁹ attractiōeꝫ ad ꝯ̄riū in ſquināntia dicta q̄ꝫ ſit motus māe ad locū apoſtematis.

Preter hoc quoqꝫ tibi caue ne a rectitudine recedas lꝫ videris ꝙ ipſoꝝ tardat̄ iuuamētū neqꝫ in erroꝛe mo/reris: ⁊ ſi videris ꝙ ei⁹ nō appeat īpedimētuꝫ.

Affoꝛiſm⁹ ꝓpoꝛtōalis huic ſententie .c.52. ⁊ dicit̄ ſic: Oīa ſm rōnēꝫ facienti nō euenītibus que ſūt ſꝫ rōnem nō opꝫ tranſire ad aliud manēte eo qḋ viſuꝫ eſt a principio.

¶ Hic ē ſcḋs can̄. ī quo dicit ꝙ nō recedas a rectitudi/ne tui opis quāuis tuaꝝ opatōnuꝫ tardet̄ effectus reſpectu ei⁹ qḋ intēdis. Neqꝫ ꝓſequaris ī erroꝛe tui opis q̄ꝫuis no cumētū ei⁹ nō appeat: ⁊ ē hic can̄. ꝓpoꝛtōalis illi affo. ſcḋe pticule: Oīa ſm rōnēꝫ faciēti. ¶ Sꝫ hic ē difficultas quō poſſum⁹ ſcire ꝙ faciam⁹ ſm rōnēꝫ: ſi inde nō ſequit̄ iuua/mētū manifeſtū. Nā in ꝯmēto illi⁹ affo. vbicūqꝫ cibi pter nām intrāt. Gal'. dixit ꝙ ex ſuo effectu om̄is futura actio ꝯ̄pꝛobat̄. huic dicit̄ ꝙ non oꝫ vt recte iudicem⁹ opationē eē ꝯuenītē ꝙ videam⁹ ſenſu ei⁹ vtilitateꝫ: ſꝫ ſufficit ꝙ in ſimili viderim⁹ ꝯtuliſſe ⁊ effectū bonū cōſequutū fuiſſe: ⁊ iō cū nō appet ī egritudine ⁊ alijs diuerſitas ab eo qḋ co/gitauerim⁹ facim⁹ opa ſimilia illis q̄ in ſimili diſpōne fa/cienda eē ſciuerim⁹ ex alijs: ⁊ dicim⁹ eē recta. ⁊ ſi coꝝ non cito appareat ſenſibile iuuamētū expectātes qḋ in futuro appebit. Gutta eīꝫ cauat lapidē nō vi ſꝫ ſepe cadēdo. Et pariformiter dicēdū ē de erroꝛe cui⁹ nocumētū nōdū ap/paret.

Hec ē ſentētia Gal. in ſcḋa particula affo. ꝯmē/to. xvij. ideo nota ipſi⁹ ex/poſitionem.

Oīs eīꝫ futura medici opatio appꝛobat̄ ex ſuo effe/ctu ⁊ ex effectu quē ſcim⁹ ſibi ſil'eꝫ feciſſe: nō ꝙ ei⁹ effect⁹ expectādus ſit ī nr̄o iudicio: tūc eīꝫ prius oparemur q̄ꝫ ar/tificialr̄ ſcirem⁹ nos cōuenīēter opari, qḋ eſt abſurduꝫ.

Et cū hoc n̄ ſꝫ vnā medicatōꝫ cū vna tibi ſtādū ē me dicīa: īmo ī vna medicatōe medicinas ꝑmuta quātū ab ipo qḋ ꝯſuetū ē n̄ fit paſſio: ⁊ vnicuiqꝫ quidē coꝛpi: īmo oī mēbꝛo: īmo vni coꝛpi ⁊ vni mēbꝛo ī vna hoꝛa ⁊ nō ī altera ineſt ꝓꝓꝛietas ab vna medicīa pati ⁊ n̄ ab altera

¶ Hic ē can̄. tertius q eſt coꝛꝛectiu⁹ erroꝛis q poſſet cir/ca can̄. p̄cedentē accidere. Et dicit ꝙ in vna medicatōe nō eſt inſiſtēdū cū vnica medicīa: īmo ꝑmutare debes medi/cinas: ⁊ hoc ꝓpter duas cās. p̄ª eſt qꝛ medicīa qn̄qꝫ eſt ex nimio vſu facta ꝯſueta: ⁊ iō coꝛp⁹ nō recipit ab ipſa īpꝛeſ/ſionē qm̄ ab eo qḋ ꝯſuetū eſt nō patit̄ coꝛp⁹. 2ª cā ē qꝛ qn̄/qꝫ vna medicina hꝫ ꝓꝓꝛietates currētes ad bn̄ operāduꝫ in coꝛp⁹ ⁊ qn̄qꝫ nō. ¶ Nota ergo p̄º ꝙ medicatio dr̄ vna qꝛ reſpectu vni⁹ moꝛbi. Modo ꝯſtat ꝙ moꝛb⁹ exn̄s vnus variat̄ in diſpōnib⁹ ſuis ⁊ in mō cure ⁊ ēt cā: vt pꝫ in ꝓ/ceſſib⁹ ap̄atis a pꝛīcipio vſqꝫ ad declinatōeꝫ ⁊ ī ꝓceſſu fe. putride. Ex hoc patet ꝙ moꝛb⁹ vnus variat̄ ſm diſpōnē cāe: ⁊ in ſe quoad intēſionē ⁊ remiſſionē ſui ⁊ ſuoꝝ accidē tiū. Ex quo pꝫ ꝙ in vna medicatōe medicine ſunt permu tāde qn̄qꝫ in quāto: qn̄qꝫ in quali. Precipue tn̄ mutant̄ in quāto medicīe q̄ ꝓ moꝛbi cura ſimplr̄ exhibent̄. Nā aliā appꝛoximam⁹ in pꝛīnº: aliā in ſtatu: aliaꝫ ī declinatōe. ſed hoc nō erat de mēte Aui. vt pꝫ in aſſignatōe cāe. ſimilr̄ ēt ꝯtingit appetitū infirmi ꝑmutari ⁊ reꝫ vnā ſibi fieri abho minabilē: ⁊ tūc erit ꝑmutāda medicina. Sꝫ id qḋ vr̄ Aui. velle eſt ꝙ ſtante eadē moꝛbi ⁊ ſuaꝝ cāruꝫ ⁊ accn̄tiuꝫ indi catōe ⁊ ſimili īfirmi appetitu multotiēs in vna medicatōe nō eſt ſolū ſuꝑ vno medicamīe ſtandū: ⁊ p̄cipue cū egritu/do fuerit cronica: ⁊ illud medicamē fuerit aſſuefactū: ⁊ vi/deam⁹ medicinas nō manifeſte ꝓdeſſe vt ī caſu dicit̄ īme diate p̄cedenti: īmo ꝙ his ſtantib⁹ multotiēs eſt medicina ꝑmutanda.

Uide hoc a Gētili cla rius in hoc paſſu.

¶ Nota 2º ꝙ hec mediciaꝝ ꝑmutatio pōt in telligi quo ad quantitatē vel quo ad q̄litatē. vel 3º quo ad nām vel ſpecificā nām medicīe: lꝫ gradus potētia ⁊ qua litas nō permutent̄. verbigr̄a: ſi pꝛīo appꝛoximabat̄ diaſi/nicon mō appꝛoxīabis mixtiōeꝫ ad electuariū de ſucco ro ſaꝝ ⁊ de electuario iōo ita vt eque ſit tā col'e q̄ꝫ flegmatis euātiua ſicut diaſinicō. ⁊ ſi pꝛius dabā ad alterādū aroma ticū roſatū: poſtea dabo diamuſcū: aut loco ei⁹ turbit. Et tūc pꝫ ꝙ tā moꝛbo q̄ꝫ cā q̄ꝫ accn̄tib⁹ ⁊ virtute cū extrinſe/cis ſilr̄ īdicātib⁹ nō dꝫ fieri ꝑmutatio ī q̄ꝫtitate vel ī q̄li/tate: qꝛ ſtātib⁹ eiſdē a qbus īdicatio ſumit̄ nō dꝫ medica/tio variari. ⁊ hoc vt Hyp. 2ª pticula affo. illo affo. Oīa ſm rōnēꝫ faciēti. Et idē ītēdit 2º ꝓnoſticoꝝ vituꝑans ꝑmuta tōeꝫ mediciaꝝ. ſꝫ tn̄ oībus iſtis īdicatiōib⁹ ſtātib⁹ oꝫ fieri qn̄qꝫ ꝑmutatōeꝫ medicīe 3º mō. ſ. quoad nāꝫ ſpecificā me dicīe lꝫ n̄ quoad q̄ꝫtū vel q̄le ⁊ maxīe cū manifeſtū iuuamē tū n̄ pcipit̄: tūc eīꝫ due cāe ī lr̄a aſſignate locū hn̄t. ¶ Sꝫ tūc cadit dubitatio d̄ cōſuetudīe. Utrum ꝑꝑ ipaꝫ ꝯſuetu/dinē medicīe min⁹ patiat̄ coꝛp⁹: d̄ q̄ vide ī illo affo. Et mul to tp̄e aſſueta. Et quō ꝓꝓꝛietates ſūt currētes nō tm̄ ſm ſpēꝫ: ſꝫ in ꝯparatōe ad indiuiduū ſuꝑ affo. allegato.

Cum auteꝫ ignoꝛas que ſit egritudo relique eaꝫ na ture ⁊ non ꝓperes: quoniā aut natura ſuperabit egri/tudineꝫ aut ipſaꝫ manifeſtabit.

¶ Hic ponit aliuꝫ can̄. dicēs ꝙ cū ignoꝛas egritudineꝫ nō ꝓperas ad opandū: ſed relinque eā nature: quoniā aut nā curabit aut manifeſtabit eā tibi. Sꝫ iſte can̄. videt̄ ꝯ̄di/cere ei qḋ dicit̄ p̄ª q̄rti de cura putridaꝝ in gn̄ali. ſ. cū di/citur: Cū ignoꝛas egritudinē ſubtilia regimē. Subtiliare eīꝫ regimē ē aliqd facere. ¶ Huic dicit̄ ꝙ ignoꝛare egri/tudinē intelligit̄ duob⁹ modis. Uno mō ꝙ oīo gen⁹ egri tudinis ignoꝛetur. ⁊ iſto caſu nihil eſt agenduꝫ ſicut hodie multotiēs accidit ꝙ a rure poꝛtat̄ vrina nō īdicās de moꝛ bo: aut ille q poꝛtat nihil ſcit aut nihil vult dicere: ⁊ in illo caſu dicit nihil agēdū. Multotiēs eniꝫ ſūt multa accn̄tia cognita: ſꝫ adhuc egritudo quoad gen⁹ ⁊ cām ignoꝛat̄: vt ſtāte doloꝛe ſub coſtis: ignoꝛam⁹ qn̄qꝫ an ſit pleureſis aut vētoſitas. ⁊ in iſtis caſib⁹ ſunt debilia quedā appꝛoximā/da que faciēt ad manifeſtāduꝫ moꝛbū: ⁊ dicunt̄ a medicis medicīa tēperatiua: ſicut hic calefactionē appꝛoximam⁹: ſed foꝛtia dimittim⁹. Qn̄qꝫ aūt cognoſcit̄ genus egritudi nis ſed non cognoſcit̄ ſpēs: vt qn̄ ſcis ꝙ ſit febꝛis putrida ſꝫ neſcis cui⁹ ſpēi: vt vtrū ꝯtinua vel īterpollata quarta/na aut tertiana. Et in iſto caſu multa ꝯueniūt q̄ ex genere indicant̄. Et in hoc caſu dixit Aui. p̄ª quarti ſubtiliādum eē regimē: īmo in ſimili caſu fiūt cliſteria vētris ſolutiōes ⁊ flobotomie: qn̄qꝫ multa q̄ ex hoc qḋ ē putrida indicant̄ ī pꝛīnº q̄cūqꝫ fuerit nā ei⁹. Et ſꝫ cōeꝫ modū exponēdi Aui. ītelligit hic 2ᵐ modū. ſ. ꝙ nō ſit vtēdū medicaīe foꝛti euā/tiuo ſed tētatiuo: qꝛ iſta faciēdo aut nā vīcit aut māifeſtat.

Cūqꝫ egritudo doloꝛi cōiuncta fuerit aut cauſe do/loꝛis aut a quo pꝛouenit doloꝛ ſicut eſt percuſſio aut ca/ſus: incipies ſedare doloꝛem.

¶ Hic ponit can̄. dicēs ꝙ cū egritudo fuerit ꝯiūcta do loꝛi aut cauſis doloꝛis aut rei a qua ꝓuenit doloꝛ: p̄º do/loꝛ eſt ſedādus. ¶ Ubi nota p̄º quātū ꝓpoſito ptinet cō/tingit egritudinē ꝯiūgi cū doloꝛe. vno mō qꝛ doloꝛ ſit ei⁹ accn̄s ſicut ꝯiungit̄ cū ſolutōe ꝯtinuitatis ⁊ cuꝫ ap̄ate aut cū tertiana doloꝛ capitis. 2º modo qꝛ doloꝛ ab alia cā ꝓ/ueniat: vt ſi ꝯiūgunt̄ colica ⁊ febꝛis aut calculus ⁊ febꝛis. 3º mō ꝙ ſtante moꝛbo ſuꝑueniat cā extrīſeca doloꝛeꝫ fa/ciens ſicut ꝑcuſſio. Et hec tria voluit dare ītelligi Aui. in ſua replicatōe verboꝝ. ¶ Nota 2º ꝙ cā verificās can̄. eſt qꝛ doloꝛ eſt de maxīe ꝓſternētib⁹ virtutē. Et etiā exacuit reuma ⁊ facit fluxū humoꝝ: ⁊ ideo videt̄ hēre can̄. rōnem qꝛ ſine ei⁹ cura reliqua egritudo curari nō pōt: aut magis piculoſe ſaltē curat̄: ⁊ iō ab eius remotiōe eſt incipiēdum.

Et dicit ſedādus qꝛ nō dꝫ oīno remo/ueri ſed ſedare ipſuꝫ poſtea intēdere egri/tudini.

¶ Sꝫ ꝯ̄ hoc videt̄ eē illud qḋ dicit̄ p̄ª quarti de cura pu tridaꝝ in gn̄ali cuꝫ dicit̄: Et ſcias ꝙ cū aggregant̄ doloꝛ capitis ⁊ febꝛis: tūc cura febꝛis eſt dignioꝛ. ¶ Dicēdum ē ꝙ doloꝝ quidā ſunt leues: vt doloꝛes febꝛes ꝯſequētes in augmēto ⁊ diminutōe ſua: ⁊ iſti curāt̄ cura febꝛis. ⁊ cura febꝛis ē dignioꝛ vt Aui. ibi dicit. Sꝫ qn̄qꝫ doloꝛ eſt foꝛtis ⁊ tunc p̄º ſedari debet vt codeꝫ loco ſtatim ſubdit̄. Et ſci as ꝙ doloꝛ capitis quādoqꝫ alias foꝛtaſſe facit redire fe/bꝛem declinatā ad augmētuꝫ: quare oꝫ vt ſedet̄: ⁊ ita hic intelligit̄ de foꝛtibus doloꝛibus.

Et ſi tibi neceſſe fuerit ſtupoꝛeꝫ inducere non tran/ſcendas tale quale eſt papauer albū: quoniā cū ſuo ſtu poꝛe eſt etiaꝫ domeſticuꝫ.

Nota ꝙ ſūt q̄dā medicīe que vere ſe/dant doloꝛē. ⁊ ſūt il/le que hn̄t ſubſtātiaꝫ ſubtilē cuꝫ caliditate in pꝛio: ⁊ iſte auferūt doloꝛeꝫ vel minuunt cāꝫ doloꝛis. Alie ſūt que n̄ vere ſedāt do/loꝛē ſꝫ moꝛtificāt ſen ſuꝫ mediāte ſua intē/ſa frīditate ſtupefaciē do mēbꝛū: ſed tu la tius hec vide a Gal. quito de ſimplici me dicina. c. xx.

¶ Ponit aliū can̄. dicēs ꝙ ſi eſt neceſſe ſtupoꝛē īducere non trāſcendas tale quale eſt papauer albū: qm̄ cū ſua ſtu pefactōe eſt domeſticū. ¶ Nota ergo ꝙ iſte can̄. cōiter ī/troducit̄ tanq̄ꝫ coꝛꝛectiuus erroꝛis potētis ꝯtingere ex p̄/cedēti. Docet eīꝫ cū oꝫ doloꝛē ſedare per ſtupefaciētia nō trāſcēdere papauer albū. ¶ Et hoc mō ītroducēdo cadit dubiū. Nā Aui. p̄cepit ī doloꝛib⁹ qn̄qꝫ opiū adminiſtrare: qn̄qꝫ mādragoꝛā q̄ ſūt multū foꝛtioꝛa q̄ꝫ papauer. ¶ Hu/ic rn̄det̄ dupl'r. vno mō ꝙ hic dr̄ regul'r operando. Mo/do quādo Aui. docet foꝛtioꝛa appꝛoximare dico ꝙ eſt co/acte. Naꝫ ſemꝑ eſt cū notabili nocumēto virtutis. ¶ Uel 2º cū dicit̄ ꝙ non debem⁹ trāſcendere papauer albuꝫ: in/telligit̄ ſolum aut ſimpl'r adminiſtrādo. Sed in cōpoſitio/nibus cuꝫ coꝛꝛectiuis adminiſtram⁹ dicta foꝛtioꝛa. ſ. opiū qḋ non in ſua ſimplicitate adminiſtrat̄.

Cūqꝫ vehementiā caloꝛis mēbꝛi tibi nocumētuꝫ fe/cerit nutri ex eo qḋ ſanguinē vehemēter ingroſſat ſicut frumētū coctū. Et ſi ex hoc quidē regimīe nō alleuiabit̄ nutri cū īfrigidātib⁹ ſicut lactucis ⁊ eis ſimilib⁹.

Uide a Gētili in loco ꝓꝓꝛio qui dat tertiam rationē.

¶ Hic ponit aliū can̄. ⁊ dicit ꝙ cum vehemētia caloꝛis mēbꝛi tibi nocumētū fecerit: tūc debes nutrire cū reb⁹ ve hemēter ſanguinē īgroſſantib⁹ ſicut eſt frumētū coctum. Et ſi hoc nō ſufficit: tūc nutriēdus ē eger cū infrigidātib⁹ ſicut lactucis ⁊ ſimilib⁹. ¶ Circa queꝫ can̄. nota ꝙ vehe/mētia caloꝛis mēbꝛis nocumētū facit maxīe attrahēdo hu moꝛes ad locū: ⁊ qꝛ groſſus ſanguis difficili⁹ attrahit̄ q̄ꝫ ſubtilis: iō danda ſunt ſanguinē īgroſſantia. ¶ Nota 2º ꝙ infrigidātia foꝛtius ꝓhibent̄: ⁊ iō cū iſta nō ſufficiunt: dam⁹ īfrigidātia. ¶ Cā aūt quare ab īgroſſantib⁹ poti⁹ īcipim⁹ q̄ꝫ ab īfridātib⁹: eſt qꝛ cibi īgroſſatiui ſūt cibi ⁊ vt ſic nō hn̄t rōnē medicīe. Et qꝛ poſſum⁹ cū reb⁹ cibalibus cibare

Quidaꝫ text⁹ hn̄t vehemētiā ſēſus mē bꝛi ⁊ ītellige ꝑ vehe/mentiā ſenſus mēbꝛi acutiſſimum ſenſum oris ſtōaci leſi a co/lera defluēte ad ipm vel a cibo vel potu colerizato in ſtoma/co pꝛe nimio caloꝛe

cibare meliꝰ q̄z cū medicinalibus: ⁊ iō ab istis incipimus.

Et scias preterea ꝙ ex ꝯgruis medicatōibus que cōferunt ē iuuamētū qd̓ fit ex eo qd̓ virtutes ꝯfortat animales ⁊ vitales sicut leticia: ⁊ obuiare ei qd̓ sibi placet: ⁊ assidue sedere cuz eo cum quo gratulat̄: q̄nq̄z etiaz confert sedere cū eo a quo verecūdat̄ ⁊ quez erubescit: quoniaz egrū ꝓhibet a rebus que ei nocent.

¶ Nunc ponit aliū cañ. dicēs ꝙ iuuamētū qd̓ fit cōfortando virtutes aīales ⁊ vitales per leticiā ⁊ p̄n̄tiā ꝯtinuaz dilectoꝝ: est ex rebꝰ in cura egritudinū corporaliū magis q̄z per aliū modū ꝯferentibꝰ. Et q̄nq̄z ēt ꝯfert sedere cum eo a quo verecundat̄. ⁊ hoc ꝓhibet egrū a rebus sibi nociuis. ¶ Ubi nota ꝙ cōfortatio nālis virtutis est multū necessaria in cura morboꝝ. sz q: id manifestuz est nō curauit Aui. manifeste hoc exprimere: sz dixit hoc qd̓ minus erat notū. ¶ Nota 2° ꝙ ꝑ experiētiā visuz est virtutē motiuā ⁊ pulsatilē confortari gaudio tēperato ⁊ delectatiōe. Sed modus quo fit hec ꝯfortatio diuersimode variatur. Dyeiz dicit ꝙ ꝑ istas passiōes cor generat plus de spū ⁊ plus ad alia mēbra trāsmittit: ⁊ possemꝰ hoc imaginari hic ꝙ ex his passionibꝰ sequit̄ cordis applicatio ad mā̄z generatōis spirituū ꝑꝑ quā melius generant̄ spūs cordis: ⁊ ita imaginādū i delectatōe q̄ per odorabilia ꝑcipit̄. ¶ Secūs modus ē ꝙ sicut lumē adiuuat colores ad agēdū i mediū spēz coloris: ita ista passio iuuat cor ad resistēdū cāis p̄ternāliter ip̄rimentibꝰ ⁊ ad agēduz actōes sibi debitas: etiaz si de spū nihil plus habuerit. ⁊ hoc videt̄ veriꝰ. ¶ Et cōsimilr̄ tristicia est spirituū dissolutiua vel cordis i suis nālibus operatōibꝰ īpeditiua: etiā si multoꝝ spūuz eēt p̄n̄tia.

Et q̄n dixit Aui. q̄nq̄z ꝯfert egro sedē ⁊c̄. dixit q̄nq̄z q: aliq̄n nocet egro sedere cū eo de quo verecūdatur: q̄m ꝓpter verecūdiaz retinebit eger multas sup̄fluitates vt ructus: feces sputa: vrinā: sudores ⁊ reliqua huiusmodi: q̄ si a corꝑe educātur multū ei ꝓderit: ergo ⁊c̄.

¶ Nota 3° ꝙ istaꝝ virtutū ꝯfortatio cōuenit ī morbo: q: ꝑ hanc alie oꝑatōes nāles fiūt meliores ⁊ morbi mālis impressio ꝓhibet̄. Et ad similez modū pure reducunt̄ epithimata ⁊ poma odorifera. Reliqua hic dicta patent.

Et ex rebus preterea que huic mō medicatiōis sunt ꝓpinque ē mutatio de terra ad terrā ⁊ de aere ad aerē ⁊ de formis ad formas ⁊ precipere eū formas efficere ⁊ motus qui mēbrū dirigāt aut ꝯplōnez mutēt quēadmoduz puero lusco precipit̄ vt scintillas intueat̄ aut rē que ei apparet: aut sicut p̄cipit̄ torturā patiēti ⁊ vt speculum intueat̄ calibis quoniā hoc ꝑducit eū ad hoc vt laboret in rectificādo faciē suaz ⁊ frontē ⁊ oculū ⁊ fortasse inuitus redibit ad hoc vt melioretur.

¶ Hic ponit aliū cañ. dicēs ꝙ mutatio de terra ī terrā ⁊ de aere in aerē ⁊ de formis in formas. i. de figuris ꝓspiciēdis ad alias figuras ꝓspiciēdas: hec sunt de rebꝰ que ꝓpinquo mō ꝯferūt ei qui predictꝰ est in p̄cedēti cañ. ⁊ p̄cipue cū facimꝰ efficere formas reꝝ ꝓspiciēdaꝝ q̄ dirigūt ꝯplōnes mēbroꝝ sicut p̄cipit̄ puero lusco vt intueat̄ scintillā aut rem q̄ sibi apparuit: ⁊ precipit̄ hn̄ti torturā faciei vt ꝓspiciat i speculo angusto. Hoc eniz ip̄z ad hoc deducit vt laboret ad rectificandū faciē ⁊ frontē ⁊ oculū: ⁊ fortasse ēt īuitꝰ redibit ad hoc vt melioret̄. ¶ Nota ergo ꝙ mutatio de terra in terrā ⁊ de aere in aerē ⁊ de formis ad formas hz quādaz delectationē: ⁊ in hoc ꝯfert sicut illa q̄ in p̄cedēti cañ. dicunt̄. Sz mutatio de aere in aerē hz etiā aliū modū ꝯferendi: q: in quodā aere inuenit̄ q̄nq̄z ꝯstellatio iuuās egruz: ⁊ in quodā ꝯ̄ria. vn̄ cōiter videt̄ aer natiuus ꝯuenietior. Et ex cā hac vidi ego quosdaz studētes q̄ cū bononie morabant̄ īfirmabant̄: nec poterant a diuturnis morbis liberari ⁊ ad patriā redeūtes curabant̄. Sz in mutatōe formaꝝ īspiciēdaꝝ tres sūt modi iuuamēti. Unꝰ q: fiat delectatio vt dicit̄. Secūs q: imago forme hz virtutez īmutandi mālīter: vt dictū ē i 3° tegni ⁊ 2ª huius. ⁊ habet̄ ab Aristotele in de cāis motus aīaliuz. Tertiꝰ q: q̄nq̄z per imaginē ꝓspectā fit quidā motus exercitij mēbri per quē ꝯfortat̄. Et hoc mō 3° luscus respiciēs scītillā exercet oculū: vn̄ plus de spū transmittit̄ ⁊ ꝑmutat̄ cōplō sua. Et patiēs torturā faciei respiciēs speculum paruū in quo sibi nō apparet alia figura p̄ter figurā sue faciei cū videt illam torturaz conat̄ dirigere: īmo musculos patiētes exercet. Et tu hic hoc vide quare speculū opz paruū esse.

Hoc ē q: i speculo paruo fit reflexio radioꝝ visualiū magis vnite quo fit vt strabositas siue faciei tortura appeat clariꝰ vnde eger magis conat̄ ad reductōez.

Ex regulis p̄terea q̄s obseruare debes ē fortes dimittere medicatōes i tꝑibꝰ fortibꝰ quāto plus poteris sicut ventrē vehemēter soluere aut prouocare vomitum aut aperire ⁊ adurere in estate ⁊ hyeme.

¶ Nunc ponit aliū cañ. dicēs ꝙ ꝓpter hoc oz ꝙ dimittatur medicatio cū medicinis fortibꝰ in tēporibꝰ fortibꝰ sicut in estate ⁊ hyeme exn̄te multa caliditate aut frigiditate: sicut verbigr̄a soluere ventrē fortiter aut vomitū ꝓuocare fortiter aut dissoluere aut vrere. Et rō est q: virtus ī estate est debilis ⁊ nō tollerat fortes īmutatiōes. in hyeme vero nisi cōseruet̄ fortis calor nālis per suaz multitudinē non resistet sufficiēter frigori: ideo nō dz virtꝰ debilitari. Et per hoc vide que dixi in cōmento illius affo. Uentres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura ⁊c̄.

Hūc etiā canonē ꝑdocuit Hyp. quarta ꝑticula affo. affo. illo: Sub canē ⁊ añ canē moleste sūt farmacie: ⁊ huiꝰ cās vide a Gal. in ꝯmento preallegati affo.

Ex rebus quoq̄z in quaꝝ medicatōe subtile ē adhibendū studiū ē cuz in vna ꝯiungunt̄ egritudie duo qua fieri debēt ꝯ̄ria: q: oz verbigratia vt egritudo īfridet̄ ⁊ eius cā calefiat aut ecōuerso: q: opz vt egritudo calefiat ⁊ eius cā īfrigidet̄ sicut materia colice indiget calefactiōe ⁊ incisione ⁊ subtiliatōe: ⁊ opz vt fortitudo doloris eius infrigidet̄ ⁊ stupefiat ⁊ econuerso.

¶ Hic ponit aliū cañ. dicēs ꝙ cū in egritudine duo cōiungunt̄ q̄ ꝯ̄rio mō indicāt sicut si vnū indiget calefactōe ⁊ aliud īfrigidatōe: iste tūc sunt res in quaꝝ medicatōe est subtile hn̄duz studiū: verbigr̄a cū colica est vehemētissimi doloris ⁊ pēdet a mā̄ frida tūc eius cā q: flegma īdiget calefactōe cū calidis ⁊ dolor īdiget stupefactiōe cū frigidis: ⁊ ita in febribꝰ putridis ꝯtingit vt quartana ⁊ flegmatica. Et q̄ō sit in hoc casu faciēdū habet̄ in generali. c. vltimo huius fen quarte: spālīter aūt in capitulis spālibus.

Amplius scire debes ꝙ nō oīs repletio neq̄z omīs cōplōnis malicia suo medicat̄ cōtrario ex euacuatiōe ⁊ oppositiōe: īmo multotiēs sufficit multa regīmis bonitas in repletione ⁊ malitia cōplexionis.

¶ Ponit aliū cañ. dicēs ꝙ nō oīs egritudo nec oīs cōplōnis malicia suo medicat̄ ꝯ̄rio. s. ꝑ approximatiōem ꝯ̄rij alterātis vt medicine eūantis: īmo q̄nq̄z sufficit sola regiminis bonitas. Hic intelligēdo per regimē adminīstrationē reꝝ non nāliuni. Et q̄ō iste cañ. intelligit̄ vidisti supra: ⁊ q̄ō ex hoc non sequit̄ ꝙ omīs cura fiat per ꝯtrariuz. naz ī istis casibꝰ ꝯ̄riuz ē virtꝰ cū suis īstrumētis que vnicuiq̄z morbo effectiue est cōtraria. ⁊ hec de isto caplō.

Caᵐ 2ᵐ de medicatōibꝰ egritudinū malicie ꝯplōnis.

q Ue ex eis quidē sine materia existit ꝯplō tantū ꝑmutat̄: sz si cū materia fuerit ipsa eūabitur. ⁊ plerūq̄z quidez ei sola sufficit eūatio si ꝯplōnis infuse q̄ p̄terita ē maliciā nō ibi reliq̄rit. ⁊ q̄nq̄z nō sufficit nobis istō si cōplōnis dimiserit maliciā: īmo erit nobis necesse ꝯplōnez permutare cū in eūando finē fecerimꝰ.

¶ Positis canonibꝰ valde gnālibus in p̄cedenti caplō: nūc quo ad sequētia magis spālīter determīat de morboruz cura: lz illud spāle sit multū cōe respectu coꝝ q̄ in particularibꝰ libris dicunt̄. Diuidit̄ autem hec pars tota sequēs in duas. p̄° eniz docet curā egritudis. 2° docet qd faciēdū est cuz plures egritudīes cōiungunt̄. Secūa ꝑs est in p̄cipio vltimi capl̄i fen huius. Prima pars iteꝝ diuidit̄ in duas. Nā p̄° determīat de curis taliū egritudinū. 2° accn̄tiū. ibi 2ª: iā sciuisti doloꝝ cās. Prima diuidit̄ in quattuor: q̄m p̄° ponit q̄ttuor modos gnāles cure. s. triuz generꝝ simpliciū morboꝝ ⁊ vniꝰ generis ꝯpositoꝝ vt apostematū. p̄° ergo ponit male ꝯplōnis curā. 2° male cōpositōis. 3° curā apostematū. 4° solutōis ꝯtinuitatis: nec petat̄ cā ordis. 2ª pars ē ibi: oppilatiōes vero. 3ª ibi: apostematū quedā. 4ª ibi: solutio cōtinuitatis. Prima in duas. p̄° ponit cañ. cure male cōplōnis. 2° q: multotiens mala cōplexio est nālis ⁊ curat̄ per eūonem. dat cañ. de modis eūonuz. 2ª pars īcipit in p̄n° sequētis. c. Res que demōstrant. Presens caplm̄ diuiditur in partes duas. p̄° ponunt̄ quidaz generales cañ. 2° magis speciales. 2ª ibi: cuz in aliqua egritudine. Prima in duas. p̄° ponit generalez cañ. 2° enumerat modos debitos ī cura male ꝯplexionis. 2ª ibi: dicemus. ¶ Dicit primo ꝙ mala cōplexio sine mā̄ ꝑmutat̄ solū ꝑ alteratiōnē. Sz si fuerit mala cōplexio cuz materia: tūc mā̄ euacuabit̄. Sz si mā̄ nō relinquit malitiā ꝯplexiōis facte tūc sola euacuatio sufficit. Et si mā̄ relinquit malitiā cōplexiōis infixe. i. facte tūc non sufficit sola euacuatio: īmo ē necessariū permutare ꝯplexionē post euacuationē. ¶ Circa quā partē nota p̄° ꝙ malitia cōplexionis dicit̄ sine mā̄ que nō d̄pēdet a mā̄ spāli depēdētia nec fouet̄ ab ea. Et ꝑ materiā intelligo mā̄m in qua nō ē ꝯplō illa. Et dico notāt̄ nec ab illa fouet̄: q: ex dictis pz ꝙ mā̄ relinquit aliq̄n malā cōplexionē factā post eius remotionē: ⁊ certū ē ꝙ talis non depēdet in esse a mā̄ sed fouet̄ ab ea: ⁊ iō nō dicit̄ p̄n̄te materia mala ꝯplexio sz sine mā̄. Et tu ex isto potes ondere ꝙ aliqua febris ethica est materialis. Dicit̄ aūt spāli depēdētia eo ꝙ qualitates depēdētes a p̄n̄tia hūoruz requisitoꝝ ad sanitatē ⁊ vitā nō vt sic dicūtur cū mā̄. nā ethica depēdet a spū ⁊ sanguine per quos stat vita ⁊ tamē dicit̄ sine materia. ¶ Secūo nota ꝙ mala ꝯplexio cū mā̄ dicit̄ illa que spāli depēdentia depēdet mā̄ corpulēta aut ab ea cōseruat̄ ⁊ fouet̄. Ex quo patet ꝙ licet effimera vera a spū ⁊ vapore depēdeat: est tamē īmaterialis: q: nō depēdet a mā̄ corrupta. ¶ Nota tamē 3° ꝙ cōplexionū quedā est facta f̄m modū loquēdi medicorū ⁊ q̄dam fiēs ⁊ quedā futura fieri. Facta aūt dicit̄ tribus modis. Uno modo ꝓprijssime q: ē qualitas ꝓducta ⁊ nō de

pēdens in esse spāli depēdētia ab aliquo corporeo siue subtili siue grosso distincto a suo subiecto ⁊ apta conseruari. ⁊ hoc mō febris ethica ē facta: ⁊ febris effimera est morbus fiens q2 pēdet a calefacto esse spũs vel vaporis. Secdo mō dicit᷑ aliqua mala ꝯplo facta: q2 inesse ꝓducta: ⁊ hoc mō oēꝫ qualitatē actu exñteꝫ dicim⁹ factaꝫ. Et mō huic opposito capiēdo fiens dicim⁹ ꝙ mala ꝯplo fiens nō ē facta sꝫ est cōposita ex parte facta ⁊ ex ꝑte futura fieri. Tertio mō dicit᷑ aliq̄ mala cōplo facta: q2 ꝓducta est: ⁊ cũ hoc nō depēdēs a re corpulēta grossa: ⁊ hoc mō febris effimera dicit᷑ facta a Gal. credo 8° terapen. circa finē eũ dicit: Qd̄ eōe est ethicis ⁊ effimeris adhuc nō fieri. Et dicit᷑ ita ꝓꝑ si nulē modũ esse curatōis in ista ⁊ ĩ facta: q2 sine intētiōe ad mãm. Fiens aũt dicit᷑: q2 aut ſm partē ꝓducēda cũ actuali tēdētia ad ꝯplemētũ. Aut q2 lꝫ tota ꝓducta sit: tñ q2 dependēs spāli depēdentia siue a re corpulēta siue nō. Tertio q2 dependēs spāli depēdentia a corpulēta mã. Futura aũt fieri dicit᷑ qd̄ nōdũ est ſm aliquid sui ꝓductã: sꝫ in corpore est cã parata ipm facere. Hic sumit᷑ tñ 3° mō factuꝫ: ⁊ tũc pꝫ verificatio dictoꝝ Aui. Nã mala ꝯplo sine mã siue facta siue non: in cura dꝫ ꝑmutari per alterationē. hoc ciꝫ sufficit solũ.

Nota ꝙ mala mã triplici de cā post cĩ⁹cũoneꝫ reliquit habituꝫ male cōplexionis ĩ membris. P° ex violētia cause fortiter imprimētis vt causone. 2° ex diuturna ꝑmanētia ipsius male mãe ĩ mēbris. 3° ex dispōne vehemēti mēbrorũ ad recipiēduꝫ talē habitũ male ꝯplōnis.

¶ Mala aũt ꝯplo mãlis q2 in ei⁹ cura est indicatio a cã tanq̄ꝫ a re ꝑter nãm remouēda: pꝫ ꝙ eũatio est oportuna. Et hoc mō sumēdo eũoneꝫ ꝓ oĩ mãe a corꝑe eductione siue hoc fiat per dietã siue per flobothomiã siue alr. ⁊ hoc ĩtellige vbi materia peccãs non fuerit reducibilis ad benignũ. Nã in reducibili nō semꝑ ē materia euacuanda vel necessaria euacuatio materie: sed sufficit rectificatio. Sensus igit᷑ dicti Aui. ē ꝙ si mala cōplexio fuerit cũ mala materia nō reducibili ad benignũ ꝙ materia dꝫ euacuari. Sed vt dicit᷑ mala cōplo materialis qñq; dicit᷑ materialis q2 depēdet a mã ⁊ nō est apta sine materie presentia cōseruari. In illius ergo cura sufficit sola euacuatio materie. ¶ Et si dicat᷑ euacuata mã quid remouet illã malã cōplexionē: dicit᷑ ꝙ virtus mediãtibus suis naturalibus ĩstrumētis que remãserũt: aut mediantib⁹ rebus nō nãlibus dbite applicatis que necessario nos alterãt: vt dixi supra 3° tegni. Et sic patꝫ tertij dicti verificatio. ¶ Sed si mala cōplexio mãlis nō depēdet ex toto a mã ĩmo tãtũ fouet᷑ ⁊ ē iam facta: tũc nō sufficit sola euacuatio: imo cum hoc requirit᷑ alteratio post euacuatiōeꝫ. ⁊ hoc voluit Aui. in 4° dicto. Et cã ē q2 etiaꝫ euacuata illa mala mã adhuc remanet illa mala cōplexio quã virtus sine adiutorio non pōt remouere. ⁊ ideo indicat de sui remotiōe per adiutoriũ medici. Ex quibus vides quō intelligi dꝫ Gal. in illo c. Ad manifestos vero egros. ¶ Pꝫ 2° ꝙ nō semper ĩ cura male cōplexiōis materialis post euacuationē oꝫ medicũ alterare .s. malã cōplexionē ĩ parte factã puta qñ tēdit ad corruptiōeꝫ. ⁊ ad hoc sufficit virtus sine medici adiutorio q2 nihil de illa erat factũ mō primo. ⁊ tu hãc distinctiōeꝫ de facto ⁊ fiēte tene mēti ꝓpter multa Gal. dicta que ꝓpter hanc equiuocatiōeꝫ vident᷑ ambigua. ¶ Ultimo nota ꝙ in mala cōplōne mãli que hꝫ partē ĩfixaꝫ siue factam ĩnuit Aui. ꝙ ꝑmo sit faciēda euacuatio ⁊ secdo alteratio. Et ita Gal. 3° tegni loco allegato. cuius tamen oppositũ ĩnuit Aui. prima quarti de cura putridarũ in generali vbi vult ꝙ febris putrida que ē mala cōplexio materialis ⁊ fiens qñq; ē tante intēsiōis ꝙ nō lꝫ vti regimine cãe ĩmo est ꝑ cōtrariũ alterãda: ⁊ postea cãe vacãdũ: ꝓpter qd̄ dicũt quidã ꝙ Aui. hic ⁊ Gal. loco allegato nō intēdũt denotare ordinē oꝑatōis sed ordinē intētiōis q2 primo debem⁹ remouere cãm cōplete q̄ꝫ effectũ remoueamus. vel dicũt secdo ꝙ denotãt modũ ⁊ ordinē qui vlr debet teneri cōsiderãdo mãꝫ vt ē cã: ⁊ morbũ vt ē effect⁹: lꝫ qñq; habēdo respectũ ad morbi magnitudinē ⁊ accñtia ab eo ĩcipiem⁹.

Dicem⁹ ergo ꝙ malicie ꝯplōnis medicatio multis fit modis. Cōplōnis nãq; malicia aut erit ĩfusa ⁊ erit ipsi⁹ medicatio ex ꝯ̄rio absolute: ⁊ hec ē medicatio absolute. aut erit ĩ termino vt ipsa generet᷑: ⁊ erit eius sanatio sanatio que fit cuꝫ premissione seruatōis.

¶ Hic enumerat modos cãrum qui debētur ĩ remotiōe male cōplexiōis ꝓ quãto ille cãe dicũtur aut curantes aut ꝓseruãtes aut vtrũq;. Et pōt diuidi in duas. Nã ꝑo facit hoc. 2° ponit exēpla. ibi quēadmoduꝫ. Dicit primo ꝙ medicatio .i. medici oꝑatio ꝑ remotionē malitie cōplexionis ē multis modis. Et rō. nã mala cōplo aut ē facta ⁊ nō pendēs a mã: ⁊ tũc oꝑatio medici circa illã est solũ curatio ꝑ administrationē cōtrarij. Aliquãdo aũt mala cōplexio ē in termino vt generet᷑: ⁊ tũc eius sanatio .i. remotio ē cũ ꝓuisione preseruationis .i. ista non ē curatio sola ĩmo semper ē cōiuncta preseruatio. ¶ Ubi nota ꝙ mala cōplexio que ē in termino vt generet᷑ ē duobus modis. Naꝫ qñq; ĩclusiue ē in termino vt generet᷑: ⁊ illa ē mala cōplexio fiens q2 iam generat᷑: qñq; vero ē in termino vt generet᷑ exclusiue q2 nō generat᷑ sed parata ē generari: ⁊ illa dicitur mala cōplexio futura fieri. Et iō in istarũ vtriusq; ꝓuisiōe vtitur medic⁹ ꝓseruatiōe: lꝫ in prima vtat᷑ remotiōe cũ ꝓseruatiōe ⁊ curatiōe. in secda aũt inhibitiōe vtit᷑ tantũ ⁊ ꝓseruatiōe. ⁊ Aui. hic de ãbab⁹ intelligit. nã de vtroq; mō ponit statim exēplũ. Nomē ergo curationis dicit᷑ de oꝑe medici per qd̄ dispō que ē morbus remouet᷑. Sed nomen ꝓseruatiōis dicit᷑ de oꝑe qua ꝓhibet᷑ futurus morb⁹ ⁊ vocatur ꝓuisio. Cũ ergo morb⁹ ē factus ⁊ nihil eius ē futuꝝ: tũc sola oꝑatio ē necessaria per quã hic morbus remouet᷑ ⁊ ē curatio sola ⁊ medicine vt sic aproximate dicũtur cause curatiue. Sed qñ ē discrasia fiēs: intētio medici dꝫ esse ad remotionē partis facte. ⁊ illa ē curatio ⁊ ad ꝓhibitiōeꝫ ꝑtis future. ⁊ illa ē preseruatio siue ꝓuisio. In mala aũt cōplexiōe futura fieri solũ q2 nullus morbus remouēdus est nullus ē actus quin debeat᷑ curatio: sed solũ prohibēdum ē ne ipa eueniat. ⁊ ideo illa oꝑatio medici dicit᷑ preseruatio sola. ⁊ hec habētur 3° tegni loco allegato.

Quēadmoduꝫ putrefactionē que est cũ febre quartana medicant᷑ cũ tyriaca: ⁊ aquã frigidã in tertiana damus vt extinguat. Et exēpluꝫ premissiōis seruatiōis est eũatio in quartana que fit cũ heleboro: ⁊ in tertiana cũ scamonea: cuꝫ principiũ interpollatōis que accidit prohibere volum⁹. Et exēplũ ꝓmissiōis seruatōis solũmō ē eũatio q̄rtane apte ꝓpter melãcolie suꝑationē cũ heleboro: ⁊ febri tertiane ꝓpter cole dñium cũ scamonea.

¶ Hic ponit exēpla ⁊ est ĩtrincatus modus ponēdi exēpla ⁊ reducēdi ad ꝓpositũ. Ideo notate modũ ĩtroductōis Dy. deide meuꝫ. ¶ Dy. ergo dat duos modos ĩtelligēdi hunc textũ. Unus ē ꝙ Aui. dat hic tãtũ exēpla ⁊ modos remotōis male ꝯplōnis fiētis ⁊ future fieri: ⁊ dimittit exēpluꝫ curatōis male ꝯplōnis facte notũ per curã: ⁊ tunc dicit ꝙ intētio q̄ habet᷑ ad cãm in putrida febre est duplex. Una ē ad digestionē humoꝝ: alia ē ab eũoneꝫ: vt dicit᷑ 3° tegni illa ꝑte: Ferũt eiꝫ si ita ꝯtingit. Et ideo dicit hic primũ exm de exhibitōe tyriace in q̄rtana eē de digestiōe materici q̄rtane: ⁊ iō intelligit᷑ de tyriaca veteri q̄ est subtiliatiua ⁊ calefactiua. Et 2m de exhibitōe aque fride ĩ tertiana eē ēt de digestione materici. Nã humor subtilis ⁊ calidus digerit᷑ ꝑ aquã frigidã: vt dicit᷑ ab Aui. pa q̄rti. c. ꝓallegato. Duo vero sequētia sunt exa de ꝓseruatōe respectu ꝑtis future fieri in morbo fiente per eũoneꝫ. Naꝫ si ꝓcessit paroxism⁹ tertiane vel q̄rtane ita ꝙ ē q̄rtana vel tertiana fiens: tũc exhibitio scamonee ꝓ eũone colere in tertiana ⁊ helebori in quartana ꝓ eũone melãcolie ē ꝓuisio respectu futuri qd̄ est pars fiētis. naꝫ ꝓhibem⁹ per hoc pricipiũ paroxismi futuri ⁊ sic febrē futurã: cui tñ similis iã accidit: ⁊ iō illud futuꝝ qd̄ ꝓhibet᷑ dicit᷑ pars fiētis. Alia vero duo exa .s. eũonis cuꝫ scamonea in tertiana que nondũ est: sed corpus paratũ est eaꝫ pati. ⁊ in quartana que nondũ est: sꝫ corpus est aptũ eaꝫ pati ꝓpter superationē melãcolie a debito modo qui in corpore dꝫ esse: sunt exēpla ꝓuisiōis respectu futuri fieri qd̄ nō ēst pars fiētis. Et hic modus nō videt᷑ mihi verus q2 duo prima exēpla ſm modũ loquēdi Aui. sunt exempla curatiōis non preuisionis. Nam dicit textus quēadmodũ putrefactionē que ē in quartana medicamur ⁊c̄. Et nota ꝙ dixit supra de medicatione absolute ⁊ nō dixit de cura que fit ꝑ cōtrariũ. Et in secdo exēplo dicit Aui. ꝙ aquã frigidaꝫ in tertiana damus vt extinguat᷑ ⁊ nō dixit vt materia digerat᷑. ¶ Secdo mō exponit Dy. ꝙ hec duo exēpla sunt de cura male cōplexionis facte q̄ ē pars fiētis: ⁊ ꝙ Aui. relinquit exēplũ male cōplexionis facte q̄ nō ē pars fiētis q2 ꝯuenit cũ ista: ⁊ tũc dicit ꝙ tyriacam exhibem⁹ ĩ quartana ad ipaꝫ extinguēdã. Et ē ĩtelligēdum de tyriaca noua ĩ qua ē virtus stupefaciēdi ꝑ opiũ ibi exñs. De tertiana dicit aqua frigida dat᷑ ad extinguēdũ factũ ex ea. Et iteꝝ hic modus nō videt᷑ mihi verus q2 tyriaca quãtũcũq; noua: ē electuariũ calidũ: ⁊ nullibi legit᷑ ꝙ ad extinguēdũ calorem febrilēꝫ exhibeat᷑. Quō aũt stupefacit nō ꝑtinet nũc dicere. Et iō quo ad quattuor vltima exa puto Dy. optime dicere: ⁊ quo ad introductionē secdi exēpli de aqua frigida eligo secdꝫ modũ introductiōis Dy. sed quo ad primũ non. Sꝫ quo ad ĩtroductiōeꝫ primi exēpli de tyriaca nō eligo primũ nec secdm modũ. Nã neq; dico ꝙ sit exēplũ ꝓuisionis quo ad digestionē materie vt ipe dicit in pro modo: nec dico ꝙ sit exēplũ extinctionis vt ipe dicit ĩ secdo modo. Nam Auic. dicit ꝙ putrefactionē que ē in quartana medicamur cũ tyriaca ⁊ nō dicit ꝙ extinguamus quartanã. Dico ego ꝙ putredo materiei quartane multotiēs remouet᷑ ꝑ separationē partis putrefacte a rēsiduo ⁊ per euaporationē eius. ⁊ hoc facit tyriaca ĩ quartana respectu materie. iō illa dispositia que ē putredo eũ sit facta ꝑ exibitionē tyriace remouet᷑ simili mō quo mala cōplexio facta remouet᷑ per suũ cōtrariũ. Et iō non obstante ꝙ ista nō sit vera curatio: q2 illa putrefactio fortasse nō ē morbus: tamē hoc exēplum curatiōis male cōplexionis facte: quia cũ ista cōuenit pro quãto est remotio dispōis ꝓter naturã exñtis.

Nota ꝙ in febre melancolica ⁊ flegmatica nō ꝯuenit tyriaca in pricipio sed post digōneꝫ ⁊ euacuationē mãe vt dicit Aui. prima quarti tractatu .ij. ca. lix. sed tyriaca q̄ dat᷑ gratia reprimēdi putredinē dari oꝫ in principio paroxismi: vt ēt quinto canonis sũma prima. c. j. de tyriaca dicit Auic.

Circa secdm exēpluꝫ multa sũt ꝯsideranda priusq̄ꝫ exhibeatur aqua frida in tertiana: vt vult Aui. prima quarti tractatu .ij. c. vij.

Cuꝫ autē in aliqua egritudine dubitaueris an sit ei⁹ causa caliditas an frigiditas: ⁊ si experiri volueris non experiaris cum superfluo: ⁊ caue tibi ne decipiat te impressio que erit accidētalis.

Hic Aui.

¶ Hic Aui. exequit̃ cañ. minꝰ vl̃es ponẽdo: ⁊ diuidit̃ in duas. Nam p̱̄o p̄mittit quedã ad ꝓpositũ vtilia. 2° cañ. alios curatiõis ponit, ibi 2ª: cum aũt caliditas. Prima in tres fm̃ tres regulas vtiles. ibi 2ª: ⁊ debes scire. ibi 3ª: vna queq3 p̃terea. ¶ De prima dicit ꝙ cũ dubitas vtrũ egritudinis cã sit caliditas aut frigiditas ⁊ volueris hoc ꝑ iuuãtia ⁊ nocẽtia cognoscere: nõ experiaris cũ rebꝰ sup̱flue frigiditatis aut sup̱flue caliditatis. ¶ Dicit 2° ꝙ ĩ ferẽdo iudicio caue tibi ne ꝑ ĩpressionẽ accñtalẽ dcipiaris. ¶ Circa quẽ cañ. nota p̱° ꝙ maxime certitudo qualitatis morbi sumit̃ a iuuãtibus ⁊ nocẽtibꝰ: ⁊ iõ multotiẽs stante ignorantia eius exp̱imur. ¶ Nota 2° ꝙ cã dicti est vt dicit̃ 2° regis auctoꝝ. q: illa que sunt vehemẽtis virtutis ⁊ applicant̃. si nocẽt: nocẽt nocumẽto magno. s3 si applicant̃ debilia ⁊ nõ ꝓsunt nõ pñt nocumẽto magno nocere. ¶ Circa scd̃m dictũ nota ꝙ medicine multotiẽs accidẽtaliter ĩprimũt qualitatẽ oppositã cõpl'oni suc. ⁊ põt hoc cõtingere multis modis. Nã quãdoq3 ex ꝓprietate medicina calida euacuat colerã ⁊ postea infrigidat ꝓpter defectũ calidi humoris vt scamonea. ex eius ergo iuuamẽto in tertiana nõ est putandũ tertianã esse egritudinẽ frigidã. Qñq3 cõtingit ꝓpter vnã qualitatẽ suũ cõtrarium cõfortari vt aqua frigida sup̱infusa in corp̱e sanguineo iuuenili in tp̱e estatis facit vnire calorẽ naturalẽ ⁊ dissoluit materiã frigidam ĩ neruis. Quãdoq3 vero ꝯtigit ex approximatõe medicine remoueri accñs morbi cõsimilis qualitatis cũ complexiõe medicine vt si ĩ colica a mã frigida sit dolor fortis ⁊ remoueat̃ per stupefaciẽtia: aut si sit ventositas in calida epatis cõplexiõe ⁊ per dyaciminũ dissoluat̃. Et multi sũt tales modi accidẽtales quos ad determinatũ numerũ est impossibile reducere: q: ea que sunt ꝑ accñs, sunt infinita. Sed scire debes modos quibꝰ cognoscimꝰ qñ medicina ꝑ se operat̃ ⁊ quãdo nõ. ⁊ cũ videmus nõ ita fieri dicimꝰ impressionẽ eẽ accidẽtalẽ. ⁊ tu vide in vlibus cañ. de ꝯditionibus experimẽti ꝓ ꝯplexiõe medicine cognoscẽda. ¶ Ex his p3 quare o3 cauere deceptionẽ que ex parte accidẽtalis ĩpressiõis contingere poss3 ne fieret error iudicij d̃ qualitate medicine vel materie.

Impressio accidẽtalis dupl'r potest medicũ decip̱e in iudicio de cã morbi in frigiditate ⁊ caliditate eiꝰ: vno modo ex p̱te medicie vl ꝙ medicia sit calã ⁊ morbꝰ credit̃ ꝙ sit fridus ⁊ nõ ẽ: ⁊ sic ecõuerso dicat̃ de frigida. Alio mõ ex p̱te egritudis vel cãe vel accidẽtiũ eiꝰ que ꝓpter vehemẽtiã suã ꝯmouẽt calorẽ extraneũ ĩ membro egro vel in parte ꝓxia l3 mã sit frigida. Pro primo vide Aui. xxij. fen tertij. c. vj.

Et debes scire ꝙ infrigidatiõis ⁊ calefactõis tẽpus est vnu3: s3 in ĩfrigidãdo ẽ plus timoris: quoniã caliditas ẽ amica nature. ⁊ ĩ humectãdo quidẽ ⁊ exiccãdo ẽ timor equalis: s3 humectãdi tẽpus est longius.

¶ Hic ẽ scd̃s cañ. de vlibꝰ ⁊ cõp̱hẽdit quattuor cõclusiones. ¶ Prima ẽ tp̃s calefactiõis ⁊ infrigidatõis ẽ vnũ i. equale. ¶ Scd̃a ꝯclusio: maior timor ẽ ĩfrigidãdo q̃3 ĩ calefaciẽdo. Et rõ ẽ quia frigiditas ẽ inimica oĩbꝰ virtutibꝰ ⁊ caliditas ẽ amica nature. ¶ Tertia cõclusio: timor humectandi ⁊ timor exiccãdi sunt equales. ¶ Quarta ꝯclusio: tp̃s humectãdi ẽ longius tp̱e exiccãdi. ¶ Et nota ꝙ vltra has quattuor cõp̱atiões fiũt alie due a Gal. vna de tp̱e calefaciẽdi ⁊ infrigidandi cõp̱ando ad tẽpus humectandi ⁊ exiccandi. 2ª ẽ de periculo calefaciẽdi vel infrigidãdi cõparãdo ad p̱iculũ exiccãdi ⁊ humectãdi. ⁊ ideo vt ille res melius intelligant̃ ad modu3 Dy. istas sex regulas breuiter questionabimus.

Queritur igitur primo vtrum tempus calefaciẽdi ⁊ ĩfrigidãdi sit minꝰ tp̱e humectãdi ⁊ exiccãdi stante eque equali quãtitate densitatis ⁊ gradu cãꝝ.

Nõ disputet̃: sed ex his que dicũtur 8° terapẽ. teneamꝰ ꝙ tẽpus calefaciẽdi ⁊ ĩfrigidãdi sit minꝰ q: multo velocius agũt actiua passiuis ceteris paribꝰ. Et in cõparatiõe actiuarũ ad passiuas cõstat ꝙ p̱iculũ ẽ maius ĩ approximatõe calefaciẽtiũ ⁊ ĩfrigidãtiũ vt sic q̃3 ĩ approximatiõe humectãtiũ ⁊ exiccãtiũ per simplicẽ alterationẽ q: fortiꝰ iste actiue agũt alijs paribus. Qd̃ ergo tenet Dy. ꝙ quo ad lesionẽ ꝑ qualitates introductiuas ꝯsequẽtes tm̃ ẽ periculũ ĩ actiuis quãtũ in passiuis q: eque cõtingit mori ꝓpter nimiũ actiuorũ ⁊ passiuorũ excessu3: hoc ẽ ambiguũ. Videmus enim multos in siccitate ꝓcedere sine multa op̱ationũ lesiõe ⁊ multũ in humiditate distare ab optimo tẽp̱amẽto sine multa op̱ationũ ĩperfectiõe vt p3 in trãsitu etatiuo: de pueritia ad senectutẽ primã. Et iõ illius cõclusionis scd̃e oppositũ teneo. ⁊ videt̃ de mẽte Gal. 8° de regimine sanitatis. c. 3° cũ dicit: In euersiõe vero que ẽ fm̃ calidũ ⁊ frigidũ ꝯtrariorũ oblatio semꝑ cõuenit. Efficacissime enim sunt: ⁊ vt ita dicã virtuosiores his que sunt fm̃ siccitatẽ ⁊ humiditate3 discrasijs. Hec tales faciliꝰ deniq3 a similibꝰ cibis ĩ morbosa3 discrasiã deueniũt sicciorẽ nõ operãs quecũq3 particularu3 nullo mõ manifesto nocebit sicut neq3 custodiendo humidã. ¶ Euidentiꝰ aũt cibi augmẽtu3 etatis fiat hoc quidẽ a prima gñatiõe vsq3 ad pueritiã humidissimã habẽtes carnẽ siccã aũt sufficiẽtẽ q̃3 seniles. ¶ Hec Gal. expresse vbi vult ꝙ acquisitio equalis siccitatis supra tẽp̱amẽtũ ñ ẽ ita nociua sicut caliditatis ⁊ frigiditatis: ideo Dy. nõ cõueniẽter dicit. Sed nunc veniamꝰ ad cõparationes ĩ littera positas.

Queritur ergo vtrum tempora calefaciẽdi aut ĩfrigidãdi sint equalia: negatiue arguitur sic.

eūone eradicatiua merito dicta q: totalr̄ eūante humorē eradicatiue sup̄fluūt aut quasi quedaz tantū minoratiue: q: multū adhuc de sup̄fluo ⁊ peccante humore remansit. ¶ Scḋo nota ꝙ corp̄a eradicatiue bñ ⁊ artificialr̄ purgata ꝑ operationē farmaci vtplurimū non remanēt oīo bene nuda a malis humoribꝰ. Istḋ pz q: melius ē ifra subsistere q̄z exquisitissime euacuare: ergo in rōnabili eūone cum vtplurimū ex arte dz fieri id qḋ ē melius: euacuaṫ ꝑ eradicatōe nō exquisitissime: ⁊ per ꝯsequēs aliqd de humore sup̄flue remanet. Ex quo cuz descriptiōe eradicatiue euacuatōis: pz ꝙ id qḋ remanet ē paucū. ¶ Nota 3ᵒ ꝙ tale paucū qḋ remanet dz vtplurimū remanere ī locis a quibꝰ minime potuit farmacū trahere: q: vnde potuit magis trahere magis eūauit: ergo alijs paribꝰ magis remanet in locis dictis. Ex quo sequiṫ ꝙ vtplurimū tale paucū remanet in ambitu totiꝰ ꝓpe cutiz extra venas. ab his eīz locis ꝓpter distātiā ⁊ grossitiē ⁊ frigiditatē ⁊ viaꝝ stricturā minime pōt farmacū attrahere. ¶ Quarto nota ꝙ quāuis nō oēs humores q agitanṫ a medicīa trahanṫ ad ītestina: ⁊ nec statiz post ꝯsuetā opatiōnē farmaci sistaṫ motus humoꝝ versus ītestina: ⁊ cuz hoc vtplurimū aliqd de humoribꝰ qui remanēt hoc mō agitati in sequēti die inueniaṫ ī ītestinis: experiētia tñ pz hos motꝰ aliqū quietari. Et Aui. videṫ innuere ꝙ aliqū sunt quietati in 2ª die. Silr̄ ēt humores qui ad ītestina cucurrerūt 2ª die cuz clisteri debēt euacuari: ⁊ ideo in sequēti die ꝑ magnā ꝑtez sui nec humores motu farmaci tēdunt ad ītestina nec in ītestinis sūt humores mali. ¶ Ex his rūdeṫ ad q̄situ per ꝯclōnes quaꝝ pᵃ est ista. Stante humoꝝ motu a farmaco versus intestina non ꝯuenit balneū nisi medicīa sup̄flueret aut de sup̄fluitate timereṫ. Hāc vult Mesue loco allegato. ⁊ ipsaz vult Aui. ī isto caᵒ. ⁊ pz ꝑ rōes quasdā positas añ oppositū. ¶ Scḋa ꝯclō: humoribꝰ malis existētibꝰ notabilis quātitatis in ītestinis nō ꝯuenit introitꝰ balnei cuz mora diu. Pz q: māe mouenṫ de loco ignobili ad ignobilē per locuz nobilez qḋ ē īconueniēs. Ex quo pz ꝙ anteq̄z in balneū ingrediaṫ 2ª die: ille q sumpsit farmacū dz sūpsisse clistere si aliter hec superflua nō emittanṫ. ¶ Tertia ꝯclusio: si farmacuz superflue operaṫ merito huius nō oportet sequēti die ingredi balneū resolutionē faciēs. Pz q: augereṫ dispō illa p̄ter nām que ē inanitio. ¶ Quarta cōclō: post eūatōes minoratiuas nō oz sequēti die grā resolutōis īgredi balneū. Pz q: remanet mā multa ⁊ maius eēt nocumētū agitationis ⁊ periculū motus humoris q̄z iuuamētū resolutionis: vt pz intelligēti in hac mā. ¶ Quinta ꝯclō: vt plurimum post farmaci eradicatiui exhibitionē: alijs deductis causis sequēti die opz ingredi balneū. ꝓbaṫ q: vtplurimū in talibus ꝓpe cutiz remāsit mā sup̄flua que ē apta per balneū resolui ⁊ nocumēta sunt apta sequi si rationabilr̄ ꝓcedaṫ: q: motus farmaci ē quietatꝰ ⁊ ī intestinis nō erūt māe male trahēde ad cutim. Et hoc ē pro mēte Aui. ⁊ q: rōnes q̄s fecit Mesue nō sunt cōtra istū intellectū: iō puto ꝙ nō cōtradicūt Mesue nec Aui. quēadmodū dicit Cōciliator in differētia 145ª. Rōnes eīm nō ꝓbāt nisi de illo in quo humores inclināṫ ex motu farmaci ad īteriora: aut ī quo sunt humores qui ī īterioribꝰ peccātes trahētur ad extra: quorū nullū contingit in his de quibꝰ Aui. loquiṫ. Et q: qui sumpserūt farmacū possunt eē ex alia cā q̄z ex opere farmaci in dispōne ad stādū ī balneo: iō dixi ī ꝯclōne alia cā deducta. Aui. aūt q: vidit ꝙ q̄nq3 medicꝰ pōt errare īponendo ī balneo farmacatū ad oūdēdū ꝙ hic error ē paruꝰ: cuz de facili vitari possit: ḋdit modū q̄uo illud percipere possumus: ⁊ per hec diligēs facilr̄ soluit.

Scias preterea ꝙ ei qui intestinoꝝ patitur debilitatez plerūq3 ex medicinis ventrez soluētibus aduenit vētris solutio fortis ⁊ prolōgabitur ei res ⁊ multis indigebit medicinis donec retineatur.

Quincuplex inuenitur debilitas intestinoꝝ. Una ē sicut obtusio sēsus corꝝ: alia est sue attractiue: alia expulsiue: alia digestiue: ⁊ iste quattuor ḋbilitates vtplurimū eueniūt in colicis ⁊ iliacis passionibus: neq3 prohibēt de exhibitōe mediciaꝝ fortiū. Alia ē debilitas retētiue virtutis ītestinoꝝ ꝑꝑ quā leuiter a quacūq3 cā oriṫ fluxus vētris vt a peduz frigore vel modico reumate vel dissueto cibo ⁊ huiusmodi: ⁊ de hac videṫ loq hic Aui. Cā aūt durabilitatis huiꝰ fluxus pōt ꝓuēire a forti ipressiōe quā facit medicīa in debilibꝰ ītestinis ac ab attractione forti humoꝝ ad ea cū vehementi dispōne ad talez fluxum.

¶ Hic ponit cañ. aliū dicēs ꝙ tu debes scire ꝙ ī illo qui patiṫ intestinoꝝ debilitatē timeṫ plerūq3 ex medicīs solutiuis sup̄fluitas fluxus vētris q̄ ꝓlongaṫ ei res: ⁊ indigebit multis medicinis. s. adiuuātibus ad cōstringēduz donec retineaṫ. Istius cañ. cā patet: q: debilitaṫ cōtentiua ītestinoꝝ magis in istis q̄z in alijs: ⁊ debilitas acquiriṫ magna ꝓpter paucitatē resistentie: ⁊ iō multo adiutorio ⁊ tēpore longo indigēt ad reductionē.

In senibus etiaz similiter timetur ex vētris solutione ipsius nocumentum.

¶ Hic poniṫ alius cañ. ī quo diciṫ ꝙ silr̄ in senibꝰ timētur nocumēta solōnis ex ipā. Et cā ē q: cum nocumentuz sit virtutis debilitatio ⁊ corp̄is exiccatio cāus in fluxū alicuiꝰ modi ⁊ dolores ⁊ accidētia reliqua: ⁊ senes ꝓpter paucitatē innati caloris ⁊ accidentalē humiditatē habeāt virtutes omnes debilitatas: ⁊ cuz hoc ex equali debilitatione ⁊ resolutione ⁊ exiccatiōe magis nocēatur: ideo hec nocumenta in eis timentur.

Et scito ꝙ ex potu nabit post medicinas ventris solutiuas ad febres peruēniṫ ⁊ ad estuationem.

¶ Hic ꝓhibet vnum potū post medicinaz: ⁊ dicit ꝙ ex potu nabit post medicinā ꝑueniṫ ad febrē ⁊ estuationē. Ex quo daṫ intelligi ꝙ nō sumaṫ. Et ē nabit succꝰ fructuū. s. nō depuratus qui paratꝰ ē ebullire: maxīe cū ab accidētali calore a farmaco derelicto alteraṫ. Et q: facit possidere oppilatiōes: vñ retinētur vapores medicine ⁊ humoꝝ: ⁊ ḋ se ē alterabile ad caliditatem putredinalē: ideo facit in febrem cadere.

Post solutōez quoq3 vētris ⁊ minutiōez multotiēs ī epate aduenit dolor quē aq̄ calide potus remouet.

¶ Ponit cañ. de remouēdo quoddā accidēs: ⁊ dicit ꝙ multotiēs post flobothomiā ⁊ potū farmaci accidit dolor in epate: ⁊ illū remouet potus aque calide. ⁊ putādū est q: epar non sentit nisi per pānicul ū: ⁊ ꝙ hic dolor in hoc casū accidēs sit vtplurimū a ventositate: qua resoluta ꝑ potum aque calide remoueṫ dolor.

Et scito ꝙ tēpus quo maior canis ascēdit ⁊ frigoris fortis nō est tēpus sumēdi medicinā. Medicina eniz in vere aut autūno est bibēda. Et ver quidē est cuz niues de mōtibꝰ cadūt. Et post ver quidē venit estas ī q̄ nō ē sumēda nisi res subtilis. Autūnꝰ vero ē veri ꝯrius.

¶ Repetit cañ. sup̄ra dictū: dicēs ꝙ tēpus in quo ascēdit maior caliditas: ⁊ silr̄ in tꝑe magni frigoris nō ē tēpus sumēdi medicinā: s3 dz sumi in vere ⁊ ī autūno: ⁊ ver ē tēpus ī quo niues de montibꝰ cadūt: ⁊ post ver sequiṫ estas in qua non ē dādū solutiuum aliqḋ nisi subtile. i. debile. ⁊ autūnus aūt est tp̄s declaratū sup̄ra in fen 2ª. ⁊ cāe istius cañ. sunt declarate sup̄ illo affo. Sub cane ⁊ ante canē ⁊c̄. Nā in estate virtus ē debilis ⁊ motus humoꝝ ē cōtrariꝰ motui medicine ⁊ corpora sunt nimis calida: ⁊ estas precipue quo ad calidiorē partem ē illa in qua canis ascēdit. In hyeme aūt humores sunt ꝯgelati ⁊ pori ac vie clausi valde prohibētes resolutōez ⁊ exitū vaporis farmaci: ⁊ q: in tꝑe illo ad resistenduz frigori indigemus forti virtute ē inconueniēs. In vere aūt ⁊ autūno: q: sunt tēpora temperamēto vicina: l3 magis ver cōueniat medicine. Nā nō est corpus paratū calefactioni plurime: ⁊ humores ⁊ vie non sunt plurimū indispositi ꝓ eūatione. De vere autē dictuz ē sup̄ra: ⁊ dicta hec intelliganṫ quo ad eūationē gratia generalis preseruationis non gratia cure.

Scias ꝙ canis maior ē stella fixa inter signū geminoꝝ ⁊ signū cācri: que canis diciṫ: vel q: apparet sub figura canis: vel q: sub dominio canis calor mordax viget ⁊ adustiūꝰ humoꝝ. ⁊ hec stella videṫ eē maior q̄cūq3 alia stella fixa: imo videṫ appropiquare ad magnitudinē veneris posite in auge sui epicicli: ⁊ est de xv. maioribus stellis ab alfagrano numeratis. ⁊ sub dominio istiꝰ stelle Hyp. quarta ꝑticula affo. affo. quinto. vetuit farmacias cum dixit: Sub cane ⁊ añ canez moleste sūt farmacie. Tu autez pro causis huius recurre sup̄ra ad illḋ paragraphū circa finez primi capl̄i. Ex regulis preterea q̄s tu obseruare debes ⁊c̄.

Amplꝰ nāe nō ē faciēda ꝯsuetudo bibēdi mediciaz cū qua necesse sit mollificare vētrez q: fiet ꝯsuetudinaria: ⁊ hoc hñs ad īpedimētuz male finis peruenietur.

¶ Hic ponit cañ. aliū dicens ꝙ nature nō ē facienda cōsuetudo bibēdi medicinā cū q̄ sit necesse mollificare vētrē quare fiet ꝯsuetudinaria: ⁊ habēs hoc. s. ꝙ medicina sit cōsuetudinaria ꝑueniet ad impedimētuz mali finis. Cā cañ. ē q: nā nō assuefiet expellere nisi cū farmaeo stimulāte magis q̄z faciat sup̄fluitates per se. Et iō ꝑua stimulatio non irritabit ad expellendū: ⁊ erit oportunū ꝓ oī superfluitate expellēda sumere solutiuū: ⁊ hoc deducit ad malū finē corpora nimiū exiccando p̄cipue ꝑꝑ epatis nocumētū.

Unūquēq3 etiam qui fuerit sicce cōplexionis deijcit fortis medicina.

¶ Hic est alius cañ. ⁊ est ꝙ fortis medicina deijcit illuz qui ē sicce cōplōnis: ⁊ cā ē clara.

Oportet preterea vt super debilez medicinā ex motu minuaṫ ne eius virtus resoluatur.

¶ Alius cañ. ē ⁊ ē: Super debili medicīa nō dz fieri fortis motus ne virtꝰ resoluaṫ. Cā huiꝰ ē: q: fortis motꝰ cuz corpus multū calefacit resoluit medicinaz: ⁊ cuz hoc mouet humorez ad cōtrariū motus medicine: ⁊ superat virtutem medicine si sit debilis. In forti autē medicina si fiat motus agitabuntur humores: ⁊ ideo a medicina que superat attractione sua motus humoꝝ ad exteriora trahētur ⁊ magis operabitur.

Ex medicinis quoq3 debilibus benedictis sunt viole cum zuccaro.

¶ In ista parte dicit ꝙ viole cū zuccaro sunt medicina debilis ⁊ benedicta. Diciṫ aūt benedicta quia nec accidētia difficilia facit: nec nocumētū notabile infert operando sicut mãna cassiafistula ⁊ viole ⁊c̄.

Et iste cui in hyeme necessariuz fuerit medicinaz bibere vētū obseruet meridionalē. ⁊ in estate dixerūt quidaz eorum ecōuerso. hoc quidez diuisionē habet.

¶ Ponit cañ. de obseruātia ⁊ equalitate dieꝝ ī quibus sumiṫ medicina: dicēs ꝙ in hyeme ille cui ē necessariū sumere medicinā obseruet ventū meridionalē. i. sumat ī die flatus venti illius. Et quidā dixerūt ꝙ in estate ē ecōtrario: q: dz obseruari vētꝰ ꝯtrarius: sed hoc 2ᵐ h3 dubiū. Et nō obstāte ꝙ quidā aliter exponāt: tamen ego puto ꝙ Aui. primā ꝑtē dicat absolute ꝙ sumēs medicinā ī hyeme obseruet vētum meridionalē ad eliquādū humores ⁊ mollificandū viscera ⁊ vias: nō tū ꝙ se exponat flatui venti s3 stet in aere quē vētus alterauit. Sed scḋam partē. s. ꝙ sit ecōtrario faciēdum ī estate hoc nō dicit Aui. absolute: sed auctoritate

Pōt assignari triplex cā quare tēpore hyemis ꝓ medicina sumēda sit obseruandus vētus meridionalis. pª q: auster calidus ē ⁊ humidꝰ iuxta illḋ Gal. tertia affo. cōmento illius affo. Quotidiane vero cōstitutiōes. dicēs: quie

quid enim facit sola humectatōe ⁊ calore agit. 2ª ē q: auster dissoluit humores ⁊ hūectat corpa: vt dicit Hyp. i affo. xviij. nunc allegato. ⁊ Galien⁹ in cōmēto. 3ª cā est q: vētus iste de se laxat vētrē: vt dicunt Hyp. ⁊ Gal. affo. ⁊ cōmēto codez. Scito tñ q i quibusdā medicinis prohibet auster sicut in assūptiōe turbit: vt vult Mesue in suo de simplicibus in fine capli de turbit parapho primo. Js aūt qui sum psit turbit ⁊c̄.

auctoritate aliquorū. Et cū dicit q hoc diuisionē hz: pōt itelligi tribus modis. Pzio q nō oēs medici in hoc concordāt. Scdo q hēat dubitationē: ita q p diuisionē itelligat dubitationē. Vel 3º q hēat hoc diuisionē: q: non ē verū de oibus sed de aliquib⁹. Qui ciz hūt forte retētiuam itestinoz nō debēt nec estate nec hyeme sumere farmacū i flatu septētrionis ne huiusmodi cōstringat vētrē: sed qui multū debilē ⁊ fluxibilē hūt debēt expectare talē diem: ⁊ nō debēt morari in flatu vēti.

Eger cum debili indiguerit solutione ⁊ non operabitur: non magis moueat sed dimittatur.

¶ Ponit aliū cañ. dicēs q qñ eger indiguit debili solutione: ⁊ supple sumpsit debilē medicinā ⁊ nō opata fuerit sic dimittat ⁊ nō magis moueat: ⁊ hoc q: ille plus noceret ex debilitate que sequeret datiōnē alteri⁹ medicine q̄z iuuaret ex eius assumptiōe. Jō dimittēdus ē maxime: q: nō multū indiget solutiōe. Jn sano aūt pp fortitudinē virtutis nō ē ita necessariū. Et in egro qñ forti indiget solutiuo qñ debile nō operat nō oz q dimittat. pº q: timet ne farmacū forte aliquid faciat nocumētū. 2º q: sunt ibi humores mali multū nocētes quos oz cūare.

Egritudo quoq3 multotiēs ebullire facit vētris solutione3 ⁊ accidit febris: ⁊ est cu3 minutio sufficit.

¶ Ponit vltimū cañ. quē Dy. exponit hoc mō q multotiēs egritudo facit ebullire. i. facit nocumētū circa vētris solōnē: ⁊ accidit febris. i. talis egritudo ē sicut febris. Et ē cū minutio sufficit. i. qñ flobothomia excusat te ab illa solutōe vētris. Et ita intelligas q pōt solutio vētris excusare a flobothomia: vt dicit 10ª tertij. c. de cura doloz ⁊ partiū pectoris q multotiens excusat solutio oī die semel aut bis a flobothomia. Ego aūt ⁊ si nō putē hanc sniā3 salsa3: tñ puto q Auic. voluit q multotiēs cōtingat q egritudo ē cā quare vētris solutio ebullit. i. multū calefit: ac si esset egritudo a colera cū agitatio faceret magnū calorem: ⁊ ad talē ebullitōe3 sequit febris que ē forte sinocha sine putredine: ⁊ nō forte i aliqua tali sufficit ad febrē remouendā diminutio: sed tu elige expositionē que tibi placet.

¶ Caplm sextum de sup̄fluitate medicine ventre3 soluētis ⁊ de hora constringendi eam.

e X significatōib⁹ quib⁹ cognoscit hora qua est catarticū constringēdu3 est sitis. Cum ergo ventris solutio perseuerauerit ⁊ sitis non acciderit non erit timendu3 q superfluitas peruenerit.

¶ Jstud caplm cū precedēti cōtinuat hoc mō: cū Auic. supra determīauerit de regulis solutiōis ventris: hic docet cognoscere quascunq3 dispōnes ⁊ eis succurrere que vtplurimū solēt sequi eūationē talem. Et q: iste dispōnes sunt due. s. sup̄fluitas fluxus ⁊ defcet⁹: ideo docet primo succurrere sup̄fluitati fluxus. 2º defectui. 2ª ibi: cū farmacia. Prima in duas. nā pº docet cognoscere sufficientē ⁊ superfluā eūatione3. 2º docet succurrere sup̄flue. 2ª ibi: inanitio. Presens caplm diuidit in tres ptes. Nā pº ponit vnū signū sup̄flue eūatiōis. 2º aliud. 3º ponit cañ. nō de sup̄fluitate: sed de vno alio accidēte. 2ª ibi: qñq3 est exitus. 3ª ibi: ⁊ si cui. Prima in duas. pº ponit signū. 2º dterminationē signi. 2ª ibi: verūtamē. Dicit primo Aui. q de signis de quib⁹ cognoscit hora qua restringēda est opatio catartici ē sitis: ⁊ qñ solō ventris pseuerat aduenit sitis: ⁊ si nō aduenit nō est timēdū de sup̄fluitate flux⁹. Ex quo dat intelligi q sitis ē cōuertibile signū cū sup̄fluitate fluxus cū cōditionib⁹ īfra dicēdis. Nā ē signū sup̄fluitatis: ⁊ si nō adest sitis nō ē timēda sup̄fluitas opatōis medicine. S3 hec quomō limitanda sint videbit īfra ī dubio.

Verūtamē sitis quādoq3 accidit ⁊ non propter multitudine3 solutōis ventris neq3 propter eius superfluitate3: imo ppter causa3 dispositōis stomaci: quonia3 si fuerit calidus aut siccus aut vtrūq3 faciat cito sitim: aut propter causa3 dispositiōis medicine cū fuerit calida pūgitiua: aut ppter causa3 materie in seipsa: quoniā cum fuerit calida sicut colera aut in talib⁹ quales sunt cause huiusmodi nō erit longe quin festina veniat sitis: ⁊ si cū hoc haru3 rerum accidit contrariū non erit longe quin penitus sitis cu3 tarditate veniat.

¶ Hic determinat hoc signū: ⁊ diuidit in duas partes. Nam primo ōndit quib⁹ causis cōtingit errare in iudicādo p hoc signū. 2º ifert rectū modū iudicādi. 2ª ibi: cum ergo. ¶ Dicit primo q sitis qñq3 accidit nō ppter superfluitatē fluxus ventris: imo ppter cām dispōnis stomaci: qm si fuerit calidus aut siccus cito faciet sitim cū sup̄fluitate cūationis. Aut erit hoc pp cām dispōnis medicine vt cū medicina purgatiua fuerit calida ⁊ sicca. Aut 3º ppter cām in humore qui eūatur ⁊ agitat ⁊ ad stomacū ducit: vt si ille humor sit calidus ⁊ siccus sicut in colera: aut in talibus quales sunt iste cāe: vt aer calidus: ⁊ abstinere prius a potu ⁊ multa talia: vt humor salsus ⁊c̄. tūc nō erit longe quin accidet sitis festina. s. ante sup̄fluitatē: imo ante cōplemētū eūationis. ⁊ hec sunt dicta Gal. ī cōmēto illi⁹ affo. Quicūq3 i farmacijs. ⁊ sunt dicta supra. c. 4º. ⁊ silr nō est longe qd cū ē cōtrariū haz rerū tardet aduent⁹ sitis post initiū superfluitatis eūationis.

Cū ergo videris q sitis ia3 sup̄fluit ⁊ q vētris solō nō sit pauca cōstrige ⁊ p̄cipue cū cāe festinatōis sitis ⁊ velocitatis ipsi⁹ nō fuerit in vētre: qm i huiusmodi nō debes tardare constrictionē cum sitis apparuerit.

¶ Cōcludit ⁊ infert hic rectū modu3 significandi ex siti: dicēs q si vides q sitis sup̄fuit: ⁊ q vētris solutio non ē pauca cōstringere ⁊ precipue cū cā festinatiōis ⁊ velocitatis sitis nō fuerit in vētre: quoniā in hoc cāu nō dz medicus tardare cōstrictionē cū apparuerit sitis: imo statim cū incipit dz cōstringere vel nō dz tardare vsq3 ad aduentu3 sitis: ergo nec post: s3 prior ē melior. ¶ Circa ptē solet dubitari vtrum sitis sit signū sufficiētis eūationis medicine? Negatiue arguit q: sitis pōt accidere post superfluitatē ⁊ pōt accidere an̄ sufficiētiā eūationis: ergo nō ē signū sufficiēs. Assumptū pz ex Gal. 4ª ptieula affo. cōmēto illi⁹ affo. Quicūq3 in farmacijs. ⁊ Mesue in de cōsolatōe medicinarū itentione 3ª. c. de sup̄fluitate sitis. ī hoc dubio respondet Dy. q sitis vt pōt colligi ex Mesue loco allegato accidēs post cōsumptionē farmaci ē triū modorū. Quedam enim ē p̄occupās: ⁊ quedā subsequēs superfluitatē: ⁊ quedā sequēs sufficiētiā eūationis. Preoccupans est aut ppter qualitatē corporis: q: calidū aut siccū aut vtrūq3: aut ppter qualitatē medicine q: actuata a nā falsa: ⁊ quomodolibet calida ⁊ sicca: aut ppter qualitatē humoris qui eūatur q: calidus ⁊ siccus aut amar⁹ aut salsus. Et ista sitis preoccupās ē ante eūationē humoris: ⁊ cū anxietate ⁊ angustia. Subsequēs aūt sup̄fluitatē eūatiōis ē cū ariditate vel extenuatiōe ⁊ debilitate ⁊ tristicia: ⁊ post multam eūationē. Sitis aūt succedēs debitā eūationē ē illa que ē post notabilē eūationē cū lenitate ⁊ qete ⁊ iocūditate. Ad ppositū Aui. nō loquit nisi de hac tertia que procul dubio significat super sufficiētē eūationē. ¶ Quid si querat q̄re sitis accidit post purgationē? Dicit primo q quidā dicunt mēbra post purgationē multū inanita cē: ⁊ iō petere a stomaco ⁊ trahere ab eo humidū roridū qd ī stomaco existēs ē sitis priuatiuū. Et hic modus nō placet ei q: si membra hec traherēt: hoc eēt: q: humiditas mēbroz iuuatiua ess3 eūata. Modo hoc ē falsum q: tūc eēt sup̄flua eūatio. Mō nos loqmur de siti sequēte sufficiēte3 ⁊ nō sup̄fluā. ¶ Dicit 2º q cā ē caliditas ⁊ acuitas farmaci: ⁊ q: farmacū non erat multū forte nō potuit i pauco tpe: nec dū in stomaco eēt humiditas facere sitim: sed hū eo purgato potuit paucā humiditatē remanētē accendere. ¶ Querit etia3 quomodo sitis significat super sufficientem euacuationē? Videtur enim q in pluribus non significat illud. nam in fridis ⁊ in euacuatione frigidoru3 humoz non accidit nisi post sup̄fluā eūationē. in calidis aūt ⁊ eūatione calidorum humoz accidit ante vt dictū est: ergo solu3 significabit ī tēperatis que q: sunt valde pauca vt ī paucioꝛib⁹ erit verz signū. Et rūdet q hec sitis significat ī his q̄ sunt tpamēto vicini: q: isti sunt multi ⁊ plures alijs: iō in multis significat ⁊ verificat. Et 2º dat aliā rūsione3 q signū maxie verificat in cōplōne frida ⁊ humida ⁊ talib⁹ humorib⁹: ⁊ nō sic in 3rijs. Et 3º q: in illis maxie verificat hoc signū ī qbus nō est apta fieri sitis preoccupās sed succedēs: aut talia sunt: aut frida tm̄: aut humida tm̄: aut frida ⁊ humida que maxie sūt talia. Et hoc vult Mesue loco supra allegato q cū stomacus fuerit posit⁹ in dominio humoz piguiū viscosoz: tunc sitis maximā bonitate3 purgatiōis significat. Ego aūt quo ad hec oīa puto q sitis absolute non sit sufficiēs signū sufficiētis purgatōis nec sup̄flue nec diminute: sed cū quibusdā cōditōibus. Nā in corpe qd aliunde nō sitiret siue sit vni⁹ cōplōnis siue alteri⁹ qñ facta eūone medioeriter fm iudiciu3 estimatiuū medici sup̄uenit sitis que nō ē nisi cū quiete ⁊ lenitate ⁊ iocūditate significat bonitatē ⁊ sufficientiā purgatōis. Et rō: q: si eēt ppter caliditatē farmaci aut humoris acuti stimulātis nō eēt cū ista quiete: q: ista duo hūt stomacū īquietare: ⁊ q: vtplurimū qñ est facta purgatio debite quātitatis fm iudiciū artificiale medici eūatus est humor colerie⁹ ⁊ cū hoc farmacū: ⁊ iō ēt in colerico sitis hoc mō eueniēs significat sufficientem purgationē. Jn flegmaticis aūt ⁊ fridis qñ accidit sitis significat sufficiētiam manifestā purgatōis ⁊ significat ipsa3 nō fuisse superfluā si ē cu3 lenitate ⁊ iocūditate. Nā cū medicina euacuat qd eūandu3 nō est: euacuat cū angustia ⁊ īquietudine vt dictū est supra. Jn his aūt qui ppinqui sunt tpamētores ē manifesta. Aut aliter dicendū q sitis post eūone3 cū farmaco nō paucā significat sufficiētiā aut sup̄fluitatē eūonis in diuersis tñ corpib⁹ eu3 diuersis circūstantijs. Nā in calido ⁊ sicco oz esse sitiz validam ad euacuatōe3 nō paucā: ī flegmatico principiū sitis significat

Gentilis in hoc dubio adducit alia argumēta ⁊ in rūsione ponit vnam distinctione3 de siti. ⁊ tu ibi lege ⁊c̄.

Scias q talis sitis cā est q: farmacū cū sit calidu3 ⁊ siccū cōsūpsit humiditates roridas oris stomaci vnde farmacu3 prius trahit humores a longe ⁊ postea a ppinquo: q̄re ⁊c̄. hec Gentilis.

ſufficientiā. Nā Auic. innuit ī littera ī medijs medio modo ꝭm eſtimationē iudicij medici: ⁊ ſilr in alijs cauſis tarditatis ⁊ velocitatis caſus ī ſitim. Et per hoc pꝫ rūſio primi ⁊ ſcdi. ¶ In 2ª aūt difficultate videt̄ mihi ꝙ qñ farmacum eūauit humidū roriduꝫ ⁊ illud qđ locū eius tenet: nec aliđ tranſmittit̄ a capite ⁊ vicinis locis: ſignificet ſufficientiā. Nec valet argumētū: euacuat̄ humiditas innatiua: ergo eūatio ē ſuperflua vel mala. nā nō eſt aliqđ hñs iuuamētū in quo nō ſit aliqđ nocumēti xj° terapētice. Pꝫ ēt ex dictis ꝙ in vomitu facto a ſolutiuo ēt ſitis hoc mō accñs ſignificat ſufficientiā eūonis. Et pꝫ cā quare fames nō ponit̄ ita ſignū: q2 inanitōeꝫ ſtomaci nō ſequit̄ fames niſi trahāt vene: ⁊ vene a farmaco debilitate qñqꝫ nō ita trahūt. Alij tñ dicūt cām eē q2 fames ſequit̄ ꝯſumptionē ſubſtātifici humidi ꝙ nō hꝫ farmacū eūare niſi cuꝫ ſuperfluit. Et ꝑ hoc pꝫ ſolō ad argumēta añ oppo. Pꝫ ēt quo priuatio ſitis ſignificat ꝙ nō ē ſupflua eūatio timēda quoad multitudinē ꝯuenientis hūoris ⁊ boni curatiui ꝑ farmacū: lꝫ forte cū priuatōe ſitis ſit qñqꝫ eūatio ſupflua quoad virtutē.

Qñqꝫ etiā exitus eius qđ egredit̄ eſt demōſtratiuus hore ꝯſtringēdi. Qui eiꝫ colerā expellit rubeā cū viderit ꝙ iaꝫ ꝑuenit̄ ad flegma ſciat ꝙ iā medicina ſupflue operat̄: ⁊ quāto magis ſi ad coleraꝫ peruenit̄ nigrā. Sanguis vero maioris eſt timoris ⁊ deterioris periculi.

¶ Hic ponit 2m ſignū ſupflue aut ſufficiētis eūonis ad cognoſcēduꝫ qñ catarticū eſt ꝯſtrigendū: dicens ꝙ qñqꝫ hec hora cognoſcit̄ per mutationē egeſtionū hoc mō: q2 ille qui ſūpſit medicinā purgatiuā colere rubee: ſi poſt purget̄ flegma ſignificat ꝙ eūatio ſuperfluit: ⁊ mltomagis ſi ꝑueniat̄ ad eūoneꝫ colere nigre. Sꝫ ſanguis qñ egredit̄ ē res maioris timoris ⁊ deterioris periculi. ⁊ tu hoc totū intellige iuxta dicta ſupra in ca° de regulis cōibus ſolutiōi ventris ⁊ vomitui. Et vides ꝙ expō Dy. ibi poſita ⁊ iprobata nō fuit ad mentē Aui. de permutatōe egeſtionū: ſed ītelligit de permutatōe de vno humore vnius ſpēi ad humorē ſpēi alteri⁹. Rō autē quare exitus colere nigre poſt purgationē colere ſit magis ſignificās ſupfluitatē q̄ꝫ exit⁹ flegmatis: colligit̄ in ꝑcedēti ca° de ordine exitus humoꝝ qñ medicine ſupflue eūant. Nā q2 melancolia eſt groſſior flegmate qñ farmacū cā nō reſpicit de ꝓprietate nō egredit̄ niſi qñ plus ſupfluit q̄ꝫ illa q̄ euacuat flegma. ⁊ q2 ſanguis tenet̄ vltio tāq̄ꝫ theſaur⁹: iō eſt maioris timoris ⁊ periculi: q2 nō exit niſi ꝑꝑ vltimā violētiā illatā virtuti.

De hoc ordie euacuatiōis meminit Meſue in ſuo de ꝯſolatōe medicinaꝝ intētōe prima. c. ij. parapho j°. Dicim⁹ autē ꝙ medicia omīs. Et ēt pꝛio: Diſtinguēduꝫ ē aūt ī poſſe medicinaꝝ ⁊c̄. ⁊ tu vlterius videbis q̄ dicit Dynus in expoſitione huius quare ⁊c̄.

Et ſicui ꝑꝑ medicinā mordicatio ſupuenerit ꝯſiderandꝫ erit illud qđ in ca° de mordicatōe diximus.

¶ Hic ponit cañ. icidētalē: dicēs ꝙ ſicui ꝑꝑ operatiōeꝫ medicine accidit mordicatio dꝫ ꝯſiderare illud qđ dictū ē ī ca° de mordicatōe. ſ. 16ª tertij. c. de pūctōe. aut qđ dictū ē ſupra de mordicatōe actidēte in ſtomaco ⁊ iteſtinis.

Attendas ꝙ ex altera triū cauſaꝝ mordicatio ſtomaci vel iteſtinoꝝ poſt ſumptā medicinā ſolet cōtingere. pª ē q2 medicina ex ſe eſt mordax ⁊ acula ſicut euforbiū ⁊ ſemē vrtice. 2ª eſt acumen illoruꝫ humorū quos medicina trahit: vt ſi fuerint colerici vel aduſti. 3ª eſt acuties ſeu vehemētia ſenſus ſtomaci aut inteſtinorū: quia eoꝝ nerui ſunt teneri molles ⁊ in ſuperficie poſiti ac libere expoſiti taꝫ medicinis q̄ꝫ humoribus ꝑ eos trāſeuntibus: vnde a leui cauſa mordicationē ⁊ doloreꝫ ſentiūt: quare ⁊c̄.

¶ Caplm ſeptimū de modo ſuccurrēdi diſpoſitiōi eius in quo ſuperfluit ventris purgatio.

i Nanitio ſupfluit aut ꝑꝑ venaꝝ quiebilitatē: aut ꝑꝑ orificioꝝ ipſaꝝ āplitudinē: aut ꝓpterea ꝙ farmacia eaꝝ pungit orificia: aut ꝓpterea ꝙ ex ea ꝯplōis malicia corpi acquiſita fuerit: aut ex ea q̄ ē ſicut ipſa.

¶ Poſitis ſignis ſupfluitatis fluxus vētris: aut exiſtentis: aut incipientis: ſi vlteri⁹ flueret docet in iſto. c. ſuccurrere. Et primo facit hoc. 2° admonet medicū de ꝓuiſiōe. 2ª in fine capituli: ibi medici vero. Pꝛia in duas. Nā primo narrant̄ cāe quib⁹ ſupfluit opatio medicine. 2° ponūtur remedia. 2ª ibi: cū ergo vētris. Dicit primo ꝙ eūatio ꝑ farmacū facta ſuperfluit ꝓpter aliquā quinqꝫ cāꝝ. Prima ē debilitas venarū. 2ª amplitudo orificioꝝ earū. 3ª punctura aut mordicatio: quā facit cōiter farmacum. 4ª q2 farmacū relinquit malitiā ꝯplōnis. 5ª ſi cēt aliquid iſti ſile: vt verbigrā mala ꝯplō: aut mala excoriatio: aut vlc⁹: aut texture raritas: aut pūctura īteſtinoꝝ vel ſtomaci vel venarū ⁊ ſimilia. ¶ Sed vt res ſit clarior nota ex Meſue de cōſolatiōe medicinaꝝ. c. de ſupfluitate fluxus ventris ꝙ fluxus ſuperfluit ꝭm tres cās in genere. Aut eīm cā eſt ex ꝑte corꝑis: aut ex parte medicie: aut ex parte accidētiū vtriqꝫ iſtaꝝ: aut vni eaꝝ ſuperuenictiū. Si ē ex ꝑte corporis: aut ex ꝑte viaꝝ vt venaꝝ: aut mēbroꝝ expulſiōis: aut ex ꝑte humoꝝ: aut oīum ſimul. Si ex parte venaꝝ: aut q2 ſunt debiles: aut q2 lata hñt ⁊ debilia orificia. Ex ꝑte mēbroꝝ expulſiōis. ſ. iteſtinoꝝ ⁊ ſtomaci: q2 hec hñt debilia: aut nimiū mollificata: aut q2 ē de genere hoīum ī quibus ꝓhibet̄ farmacia ꝑꝑ aptitudinē ad coliricā paſſiōꝫ vel ſiccitatem inteſtinoꝝ. Ex ꝑte humoꝝ vt ſi corpus ſit poſitū ī dñio humorū paratoꝝ ad fluxū. Ex parte aūt medicie vt ſi ē venenoſa: ſi apta ē īteſtinoꝝ villis adherere: aut ſit nimie quātitatis: aut ſit nō bene correcta vel multā habeat malitiā. Ex ꝑte aūt accidentiū cōmuniū ſunt multa: ⁊ oīa que pñt facere fluxū de nouo: ꝑcipue cū exponeret ſe aeri frigido aut vēto ſeptētrionali. Et Aui. duas cās ex parte corporis poſuit: ⁊ duas ex parte medicie: reliquas dedit intelligi per vltimum dictum.

Cū ergo vētris purgatio ſupfluit liga extrema ſuperi⁹ ⁊ īferi⁹ icipiēs ab aſcellis ⁊ iguinib⁹ dſcēdēdo ab eis.

¶ Hic Aui. exequit̄ ponēdo remediuꝫ in fluxu ſupfluo. Et primo ponit medicinā que ē ſine timore. 2° illā in qua ē aliquis timor. 2ª ibi: ⁊ ſi hoc totū. In pª facit tot quot ſunt remedia. Primū remediū ē ꝙ ligent̄ extremitates ſ. manus ⁊ pedes incipiēdo ab aſcellis ⁊ inguinib⁹ deſcendēdo deorſum. ¶ Ubi nota ꝙ intētio in fluxu cōſtringendo ē in iſto cāu: aut remotio malitie medicine. ſ. ſubſtantie ſue: aut mali effectus relicti puta male ꝯplōnis vel partis mordicātis. Aut ſcđo ꝯſtrictio vel ꝯfortatio mēbrorū ſiue ſint orificia venaꝝ dilatata ſiue vie ductuū rarificate. Aut tertio humoꝝ cōſtrictio ⁊ ꝯdēſatio vel alia alteratio. Aut quarto diuerſio ad aliū locū q̄ꝫ ad inteſtina. Aut quito ſedare agitationē laborioſam: aut ſexto cōfortare aīam ⁊ viuificare virtutē. ⁊ Auic. ad has intētiōes ponit remedia. Hic aūt nō poſuit remedia per eūationē humoris peccantis: q2 ſupponit̄ ſuperfluā eūationē eē: lꝫ aliquādo ēt hoc ſit neceſſariū. ¶ Primū ergo remediū ē diuerſiuū ⁊ debēt eē iſte ligature doloroſe ⁊ tantū ꝯiuncte aut cōſtricte. Et ꝯſtat ꝙ ita ab aſcellis vſqꝫ ad digitos manuū ligādo: ⁊ ſic ꝓportionalr in pedib⁹ ſit maior diuerſio q̄ꝫ ſi ſolū in vno loco vel duob⁹ fieret ligatio. Et tu nō attēdas ad illos qui volunt ligare crura ne mā trahat̄ a ſuperiori ad inferiora. nā nō trahit̄ ad īteſtina: ſed ab aſcellis. ¶ Sed queritur quare oꝫ ꝓcedere deſcēdēdo. Scđo quare oꝫ incipe ab aſcellis ⁊ īguinib⁹. Tertio vbi dꝫ fieri fortior ⁊ ſtrictior ligatio. ¶ Pro pꝛio nota ꝙ duob⁹ modis ſolent iſte ligature adminiſtrari. Unus ē ꝙ primo fiat ligatio iuxta iguina: poſt diſſoluat̄ ⁊ fiat alia ꝑ mediuꝫ coxaꝝ: ⁊ diſſoluta ſcđa fiat tertia vſqꝫ ad pedes. Scđus modus ē incipe ab inguine: ⁊ ibi ſtante prima ligatura ꝓcedere inferi⁹ cōtinue ligando: ⁊ oībus ſimul ſtātib⁹ ligaturis: ⁊ vterqꝫ modus pōt ſeruari ⁊ ē vtilis: ⁊ tūc pꝫ cā primi. Q2 enim corpus ē inanitū ⁊ membra intrinſeca nō facile trāſmittūt ad extrinſeca: ⁊ etiaꝫ q2 motus humoꝝ ē ad inteſtina: oꝫ fortem eē motū ad trahēdū humorē illū ad cōtrariū: ⁊ iō oꝫ ꝙ incipiat a locis ſaltim vicinis venis magnis: vñ hūores fluūt ad īteſtina ⁊ ſic ab aſcellis ⁊ inguinibus ⁊ poſt deſcēdat. Si aūt a nimis longe incipet forte de humore currēte nō traheret̄ aliquid. Ex quo pꝫ ꝙ iuxta inguina ⁊ iuxta aſcellas oꝑꝫ fieri ligaturas doloroſas: q2 habent fortius attrahere q̄ꝫ ſequentes ⁊ a loco ſibi longinquiori. Sequētes enim trahūt a vicino: vt viciñū trahatur ab interioribus venis magnis.

Et in potu parum tyriace aut filonij tribue.

¶ Secunduꝫ remediuꝫ eſt ꝙ detur in potu parum tyriace aut filonij. Et hic nota ꝙ ſi dat̄ ad quietandū motū ⁊ inducēdū ſomnuꝫ ⁊ ꝓhibēdū ſenſationē ⁊ ingroſſandū humorē: oꝫ ꝙ tyriaca ſit noua in qua ē virt⁹ opij. Si aūt dat̄ ad reſiſtendū venenoſitati farmaci: tūc tyriaca dꝫ eē antiqua ⁊ non noua. Filoniū aūt nō dat̄ ita ad venenoſitatē remouēdā: ſꝫ ad quietandū ⁊ ſomnū inducendum.

Modꝫ aūt per quēm diſcernit̄ noua ab ātiqua: ꝑquire ab Auic. quito canonis tractatu pꝛio. c. j. parapho illo: Ex eis ꝗbus diſtinguitur ⁊c̄. Prodeſt aūt tyriaca pꝛio q2 reprimit venenoſitatē medicine ⁊ humoꝝ cōmotoꝝ per eā. 2° q2 ꝓuocat ſomnū ratōe opij. 3° q2 fortificat calorem innatum iuxta illud Auer. c. iiij. ſui tractatus de tyriaca ⁊c̄.

Et ſi poteris fac ipſuꝫ ſudare in balneo aut vapore aque calide ſub pānis ſuis capite exterius tracto.

¶ Ponit 3m remediū dicens ꝙ ſi potes fac cū ſudare in balneo: aut ꝑ vapores aque calide in lecto ſuo: ⁊ ſub pānis ſicut cū veſicis plenis aqua calida ⁊ vaſis ſtrictis ⁊ ſimilibus poſitis iuxta patiēteꝫ: capite tamē extracto ne aer calidus tract⁹ ad iteriora nimiū dbilitet calorē ī exteriorib⁹. cōuenit tñ in illo cāu: vt mā illa trahat̄. Et dicit notāter ſi potes q2 ex alijs cāis qñqꝫ iſta ꝓhibēt̄: vt ſi eēt nimiū inflāmatus aut debilitatus.

Cūqꝫ multum ſudauerit conſtrictiua ad potandum da ei ⁊ fricetur

¶ Ponit 4m remediū dicēs ꝙ qñ multū ſudauerit ī balneo aut in vapore aque calide: da ei ad potandū cōſtrictiua ⁊ frica ipm. ¶ Et nota ꝙ fricatio fit vt abſtergat̄ ſudor: ⁊ poſſit melius fluere. ⁊ cōſtrictiua dant̄ vt confortentur inteſtina ⁊ ſtomacus.

Et fiant ei epithimata ex rebus bene redolentibus ex aqua myrtoꝝ ⁊ ſandalis ⁊ cāfora ⁊ ſucco fructuū.

¶ Ponit 5m remediū: ⁊ ē vt faciāt ei epithimata ex reb⁹ redolētib⁹ ſicut ex aqua mirtilloꝝ ⁊ ſandalorū ⁊ cāphore: ⁊ cū ſucco fructuū. ſ. ſtipticoꝝ. ¶ Et nota ꝙ iſta epithimata ſunt approximāda ſtomaco ⁊ īteſtinis: nō auteꝫ alijs ꝑtib⁹ ad cōfortandū ea ne recipiāt māꝫ. ſꝫ ꝯſtrictiua alijs ꝑtib⁹ approximata nocerēt: q2 ab illis exprimerēt māꝫ verſus ſtomacū. ⁊ iō iſti emperici qui in fluxib⁹ vētris faciunt lāuādas ad pedes ⁊ man⁹ cū decoctōe reꝝ ſtipticaꝝ errāt vehemēter. vñ Meſue ī ſuo đ cōſolatiōe mediciaꝝ caplō de ſupfluitate flux⁹ ventris vituperat admīſtrationē balnei etiā cōſtrictiui ī hac intētiōe.

Mēbra pꝛeterea ipſius extrinſeca fricare debes ⁊
calefacere

calefacere ventoſis cum igne ſub ipocūdriis prius poſitis ⁊ inter ſpatulas ipſius.

Uētoſe ī hoc caſu ꝺbēt admīſtrari ſine ſcarificatione ⁊ ſanguis aduſtiōe. ꝑ has enī non ꝯuenit euacuatio ſꝫ diuerſio ſiue retētio humorum īferius decurrētiuꝫ. ⁊ que ponūtur ſub ipocūdrijs retinent humores ab epate fluentes: ⁊ que īter ſpatulas retinēt fluentes a ſuperiorib⁹ ad inferiora ⁊c̄.

¶ Ponit 6m remediū dicēs ꝙ tu debes calefacere mēbra ſua. ſ. a ſtomaco diſtātia: ⁊ ēt fricare: pri⁹ tū appoſitis ventoſis cum igne ſuper ipocūdrijs ⁊ inter ſpatulas. Et vides tu ꝙ calefactio ⁊ fricatio ē ad trahēdū ad exteriora ⁊ vētoſe ponūtur ī ipocūdrijs ⁊ inter ſpatulas: vt ad epar ⁊ ſplenē trahāt̄ mīe a ſtomaco: vel ſaltē vt figat̄ curſus humorū ꝑ hec mēbra trāſeūtium.

Qꝺ ſi tibi neceſſe fuerit ſtomaco ipſi⁹ ⁊ īteſtinis ſupponere empl'a ex ordeo fracto ⁊ aquis ſtipticis: fac ſil'r ex oleis: oleo de cytonijs ⁊ oleo de maſtice.

¶ Ponit aliū cañ. dicēs ꝙ ſi fuerit neceſſe ponere ēplaſtrum ſuꝑ ſtomaco cuꝫ ordeo fracto ⁊ aquis ſtipticis ſicut de decoctiōe gallaꝝ ⁊ aqua plātaginis aut aquaꝝ roſaꝝ: tūc fac illud: ⁊ ſimiliter īunge ſi tibi placet cū oleo de citonijs ⁊ oleo maſticino. Et nota ꝙ intelligēdū ē de ordeo qꝺ torrefit: aut fricat̄ multū cū pāno aſpero: vt eius abſterſiua remoueatur virtus.

Ipſe ꝓterea ab aere frido ē ſeꝑandus qm̄ ꝓmit eū ⁊ ipſi⁹ reſoluit vētrē: ⁊ ab aere calido qm̄ ipſi⁹ laxat v̇tutē.

¶ Ponit aliū cañ. dicens ꝙ remouendus ē ab aere frigido q: ꝓmit mēbra extrinſeca ⁊ auget fluxū: ⁊ a calido exceſſiuo q: diſſoluit virtutē: ⁊ hoc ītelligatur niſi ſit aptus ingredi balneum aut ſudare.

Confortari quoqꝫ debet ex rebus bene redolētib⁹ ⁊ ex ſtipticis ad traūciēdum: ei danduꝫ ⁊ ex tortellis ī vino ſuauiter redolēte. oportet tamē vt ſint calide ⁊ vt panis cuꝫ ſucco granati iaꝫ precesſerit: ⁊ ſimiliter aſaguicha ⁊ cortices papaueris albi triti.

¶ Ponit aliū remediū per cōfortationē virtutis cōiunctam ſtipticitati: dicēs ꝙ cōfortari dꝫ cū bñ redolentibus ⁊ dꝫ trahere de ſtipticis ſicut tortellas. i. panē bis coctū ī vino odorifero: ⁊ vinū dꝫ eē calidū: ⁊ āte ipm̄ dꝫ ſumpſiſſe panē infuſum ī ſucco granati aut aſſaiaret. i. ptiſana cum ſucco granati ⁊ cortices papa. al. triti ſup. ſunt conuenientes ante illū panē. Et tu nota ꝙ panis infuſus ī ſucco granati precedit ad cōſtringēdū: ⁊ ſil'r ptiſana cū ſucco granati ⁊ cortices papa. al. ad cōſtringēdū oēs iſtas res. Sꝫ tortelle in vino ad ꝯfortandū virtutē nutriēdo ⁊ ſua aromaticitate: ⁊ dant̄ cū vino calido ob facultatē penetratiōis: ⁊ vt melius ⁊ citius digerat̄.

Ex eo quoqꝫ expertū eſt vt grana naſturtij pōderis triū. ʒ. ſumāt̄ ⁊ torrefiāt: deīde ī adoch coquāt̄ donec coagulent̄: ⁊ ad bibēdū tribuat̄: ē nāqꝫ vltimū ī bonitate.

¶ Dicit ponēdo aliud remediū qꝺ expertus ē in iſto cāu ꝙ eapere. ʒ. iij. granoꝝ naſturtij torrefactoꝝ ī agdole. i. ī lacte acetoſo ī quo coquant̄ donec coagulent̄ ē cōferens: īmo ē vltimū in bonitate in iſta diſpōne. ¶ Nota ergo ꝙ naſturtij ſemē nō torrefactū ſoluit ventrē: vt dicit Aui. 2o cañ. Sꝫ per torrefactionē reſoluit̄ ab eo pars ſubtilis que ē ſolutiua ⁊ remanet pars groſſa que nō ē ſolutiua īmo ſtiptica ⁊ glutinoſa. ¶ Nota 2o ꝙ melius ē vt nō terant̄ illa grana īmo ſumant̄ ītegra: vt dicit Meſue de cōſolatione medicinaꝝ: q: cuꝫ terunt̄ tollit̄ virtus ſua īpīguatiua ſiue viſcoſitas. Ex quo pꝫ ꝙ dꝫ eſſe torrefactū ⁊ nō aduſtum. ¶ Nota 3o ꝙ Meſue nō dat ipm̄ cū lacte acetoſo: ſꝫ cum ſucco citoniorū aut mirtilloꝝ. Utroqꝫ ergo mō dari pōt. Cā aūt quare ē vltimū q: videt̄ habere ꝓportionē aptiſſimam ad tales humores īpinguandos.

Opꝫ preterea vt ei⁹ nutriēs ſit ſtipticū īfridatū cum niue quale ē qꝺ ſit ex ſucco vue acerbe ⁊ ſibi ſimilib⁹.

¶ Ponit aliud remediū per qualitatē cibi: ⁊ dicit ꝙ dꝫ eſſe cibus eorū ſtipticus: ⁊ hoc ad cōſtringēdū villos neruoꝝ ſtomaci. ſ. ⁊ īteſtinoꝝ: ⁊ ad claudēdū ora venaꝝ: ⁊ frigidus ad eandē intētionē. Et hoc ſi nō ſit multa debilitas ꝓpter quā nō ſit optimū dare calidū: vt ſupra dictū ē de vino. vel dicit ꝙ illud ē ꝓpriuꝫ vino ne trahat̄ ad venas: frigidū ne faciat nocumētū: ⁊ tales cibi ſunt qui fiunt cum agreſta ⁊ ſimilibus. Qꝺ ſi dicat̄ ex Hypo. 2o regis acu. ꝙ cauēdū eſt tangere mēbra debilia cuꝫ vehementi frigido: Dicit̄ ꝙ hoc eſt veruꝫ: ⁊ nos hoc non facimus quādo tale mēbrum eſt multuꝫ debile. Preterea qūqꝫ tale nocumentum tolleramus ꝓpter iuuamētum maius.

Ex eo ēt qꝺ ī retinēdo ſol'onē iuuat: ē vt vōit⁹ ꝓuocet̄ cū aq̄ cal'a ⁊ ei⁹ ēt extrema ī ea mittāt̄ ⁊ ñ īfrides ea.

¶ Ponit remediū aliud ⁊ ē vomit⁹ cū aqua calida ꝯfert diuertēdo hūores ad ꝯtrariū ſui mot⁹ ⁊ euādo ſubſtātiā medicine ⁊ eius malitiā tēperādo. ⁊ cōfert etiā extrema ponere in ea trahēdo ad cōtrariū: ⁊ nō ſunt infrigidāda vt ñ augeat̄ fluxus per eoꝝ cōpreſſionē.

Cum autēꝫ alicui eoruꝫ ſincopis ſuperuenerit: da ei vinum ad potandum.

¶ Ponit aliū cañ. accidentis: dicēs ꝙ cum alicui ſuperuenit ſincopis det̄ ei vinū: q: citiſſime virtutē confortat: ⁊ plurimū in iſtis fit ſincopis ꝑ reſolutio nē virtutis.

Hoc ēt precepit Gal. xij. de ingenio ſanitatis. c. v. cū dixit ꝙ in omni ſincopi dandū eſt vinuꝫ calide nature ⁊ penetrabilis quatinus cib⁹ cito penetret ⁊c̄. Curā autēꝫ huius flux⁹ ſupfluētis ex farmaco ordinatiſſime cum ſex vijs cōplectitur Meſue ī ſuo de rectificatiōe medicinaꝝ ītētione tertia. c. iij. parapho illo: Auxiliabimur ergo his ⁊c̄. lege ibi quare ⁊c̄.

Et ſi hoc totum nō cōtulerit tribue ei in fine rei narcotica ⁊ medicamēta fortia nota que ſunt in capl'o de ꝓhibitione fluxus ventris.

¶ Hec ē 2a pars capituli de remedijs timoroſis. Et dicit ꝙ ſi iſta nō ſufficiūt ⁊ ſupple virt⁹ cōſtet tribue narcotica ⁊ medicinas fortes ad cōſtringendū fluxū vētris ſcriptas ī ſuo. c. cañ. tertio fen 16a. ¶ Ubi nota ꝙ narcotica dicūtur medicine ſtupefactiue ⁊ ſomnū inducētes: que ſunt vt plurimū valde infrigidantes quaſi ī vltimo. ⁊ q: talia non adminiſtrāt̄ ſine magno nocumēto: iō nō debēt adminiſtrari niſi qñ alia nō cōferūt: ⁊ iō ī vltio. ¶ Scꝺo nota ꝙ hoc dictū ſolet exponi ꝙ narcotica non ſunt adminiſtrāda in principio ſuperfluitatis fluxus: īmo primo ſunt alia ꝓbanda: ⁊ cū percipit̄ ꝙ alia nō cōferunt debēt adminiſtrari: ⁊ iſta videt̄ intētio Meſue de cōſolatōe medicinarū cañ. 8o c. allegato: vbi dixit: cōpingere aūt ⁊ ſtupefacere ē illꝺ vltimū ad qꝺ intēdere debes: ⁊ ꝓprie tunc cū iam oīa nō cōtulerunt ⁊ res poſita ē ſicut ad deſperationē. Adducit autē Meſue ad hoc probandū duas rōnes. ¶ Prima eſt iſta: q exhibēt iſta narcotica ī prīcipio ſuperfluitatis fluxus faciunt rē magni timoris: ergo nō debēt hoc facere. Et aſſūptum pꝫ q: narcotica in prīcipio ſuperfluitatis fluxus ſm̄ cōplexionē contrariātur compl'oni vite: quia ſunt frigida exceſſiue ⁊ ſicca: vt pꝫ de opio. ¶ Scꝺa ratio: illa non ſunt adminiſtrāda ad reſtringēduꝫ poſt que venit fluxus diſruptior ⁊ fortior q̄ꝫ prior: ſed ita eſt de narcoticis: ergo ⁊c̄. Maior ē clara q: ſecūdus adductus cū ſit cū virtute debilitata a narcotico ē cuꝫ maiori periculo q̄ꝫ primus. Etiam minor probat̄ q: narcotica nō ꝯſtringūt niſi pro quāto ſtupefaciunt ⁊ congelāt: ⁊ non q: cām fluxus abſcindāt: ⁊ cū hoc virtutē debilitant: ergo deficiēte corū virtute materie currēt vt ante ⁊ inuenient membra debilitata ꝓpter veſtigia cōgelationis ⁊ mortis: ergo facient fluxum maiorēꝫ q̄ꝫ prius. Quidā autē alij de quorū numero ſum ego: non intelligunt ꝙ ſint adminiſtrāda narcotica ī fine ⁊ poſt adminiſtrationē aliorū quādo nō cōferūt: īmo ſi in prin̄o medicus videt rē tātā ⁊ taleꝫ cū ſuo arbitrario iudicio ꝙ alia nō ſufficiēt: ſi nō ſit intentio alia ꝓhibens ea melius eſt ea adminiſtrare in prin̄o q̄ꝫ poſt experientiā aliarū reꝝ. Qꝺ ꝓbat̄ q: virt⁹ ī fine erit debilior: ſꝫ tūc maxime nocēt narcotica qñ virt⁹ ē debilis: ergo tunc erit maximus error in vſu eorū: ergo tunc non ſunt adminiſtranda in fine. Aut ſi medicus ſciret ad illa oportere deuenire dꝫ adminiſtrare ea in principio. Qꝺ autem arguit primo Meſue non probat niſi ꝙ nō ſunt regulariter adminiſtrāda: q: hoc fit cū magno periculo. ⁊ hoc non negat̄. Ad 2m dicenduꝫ eſt ꝙ ſi ꝓpter illud dimittēdus eſt vſus narcoticoꝝ in prīcipio: multo magis dimittēdus erit in fine. Naꝫ ſi fluxus redit minus poterit tollerari in fine qñ virt⁹ ē debilitata: ⁊ ideo dico ꝙ nō ſemper redit ſed poſſibile eſt: ⁊ iſta poſſibilitas ē maioris timoris in fine cuꝫ virtus eſt debilior q̄ꝫ in principio. Dico ergo ꝙ Aui. per finē rei ītellexit ītentōeꝫ diſpoſitionis in qua veriſimil'r alia non ſufficerēt: tūc eīm ab ipſo rei initio opꝫ ꝙ iſta tribuātur. ¶ Tertio nota ꝙ ī narcoticoruꝫ adminiſtratōe prio ꝯſiderāda eſt maneries eoruꝫ: q: quedā ſunt ex toto fugiēda ſicut iuſquiamus niger ⁊ ſolatruꝫ fluuiale. 2o eſt cōſiderāda quātitas ne nimiū ſuperabūdet: ⁊ in hoc eſt melius paulatiꝫ dare q̄ꝫ multuꝫ dare ſubito. 3o debem⁹ cōſiderare eoruꝫ mixtionē ⁊ correctionēꝫ: q: nō debēt dari pura preſertiꝫ fortia: īmo cuꝫ corrigētib⁹ mixta: ⁊ ſunt correcta in filonio. Naꝫ quedā ponūtur ad reſoluēduꝫ ſubſtantiā narcotici ne longā moraꝫ faciat: ⁊ huius reſpectu eſt caſtoreū ⁊ piper optimū correctiuuꝫ opij. Alia permiſcent̄ ad maturāduꝫ humorē qui ꝯgelat̄ vt crocus. Alia ad confortanda prīn̄a vite ⁊ mēbra naturalia vt ē zedoaria ⁊ alie medicine cordiales ſtomacales ⁊ epatice ⁊ alie ad ſiſtenduꝫ motui materieꝝ que ꝯgelātur de parte in partē ſicut mirra ſandaraca ⁊ olibanuꝫ ⁊ ſimiles. Opꝫ preterea ꝯſiderare tēpus exhibitōis. ſ. ꝙ corpus nō ſit in diſpoſitōe plenitudinis cibi aut multe ꝺbilitatis: ⁊ ꝙ ſit tēpus aptuꝫ ad ſomnū ſicut ē ſero: aut eſt nox: licet ꝓpter neceſſitatē fortiuꝫ doloruꝫ dent̄ in omni hora: nec dātur ī corpore ī quo ſint adhuc mali humores: ſed ī corpore mūdificato. His eniꝫ ꝯſideratis narcotica miniſtrari poſſūt. Et tu per hoc vide cañ. Meſue caᵒ allegato. ī quo etiaꝫ caᵒ ponunt̄ quedam narcotica ſalteꝫ vſualia ⁊ precipue vltimi trociſci ſcripti ab eo ⁊c̄.

Medico vero ē vtili⁹ vt ꝓuiſor exiſtat in preparādo trociſcos ⁊ puluere ꝑōticos anteq̄ꝫ ſit hora: ⁊ vt ēt ſit preuiſor ⁊ in enematibus ⁊ ipſoꝝ inſtrumētis.

Iſta eſt vltima pars in qua docet ⁊ admonet medicū dicens ꝙ debeat preuidere ⁊ habere puluere cōſtrictiuos ⁊ trociſcos apud ſe ꝓparatos: ⁊ etiaꝫ ꝓuideat de ſuis enematibus ⁊ ſuis inſtrumētis.

¶ Cam 8m de eo q bibit medicinā ⁊ nō ſolut⁹ fuerit.

c

Um farmacia solutionē nō fecerit ⁊ fecerit mordicationē vētris ⁊ angustiā in ipso: ⁊ qui sūpsit ipsaȝ estuauerit ⁊ scotomabit ⁊ dolebit caput ⁊ patieꝛ alices ⁊ oscitatōes: succurrere debes cū enemate ⁊ coliriis siccis. Et ipse quidē bibat masticis. ℥.iii.ī aqua tepida. Medicina quoqȝ quādoqȝ operaꝛ ꝑpter stipticoꝝ bibitionē ⁊ comestionē taliuȝ qualia sunt cydonia ⁊ maciana ꝑpterea ꝙ os stomaci cōprimūt ⁊ qḋ sub eo existit: ⁊ ꝑpter qḋ nauseā sedāt ⁊ medicinā a suo motu qui est ad superiora violēter ad partē mouēt inferiorē: ⁊ ꝑpterea ꝙ nature vim inferūt. Qḋ si enema non inuenerit ⁊ mala superuenerit accidentia extēsionis corporis ⁊ oculi exierit extra ⁊ fuerit motus ad superiora: necessaria erit minutio.

¶ Aui. in isto. c. docet succurrere defectui solutiōis medicine. s. qd sit faciēdū qñ medicina nō operaꝛ. Et diuidiꝛ caplm in duas ptes. Nā primo facit hoc respcū medicīe que fortia ⁊ mala infert accidētia. 2° respectu illi⁹ que timorosa accidētia nō inducit. 2ª ibi: ⁊ cū medicina. In pria pte ponit q̄ttuor remedia. ¶ Primū ē ꝙ si medicina non soluit ⁊ mala facit accidētia: q: facit mordicationē ī vētre: ⁊ angustiā: ⁊ estuationē: ⁊ scotomiaȝ: ⁊ dolores capitis: ⁊ alices: ⁊ oscitatiōes: tunc succurre cū clisterib⁹ ⁊ colliriis siccis ⁊ suppositoriis. ¶ Scḋȝ ē ꝙ si sumat ī potu tres. ℥. masticis in aqua tepida. i. remissi caloris: nō tñ deꝛ tepida: q: sic eēt vomitiua. ¶ Tertiū ē ꝙ sumat cōstrictiua desup vt cydonia ⁊ poma ⁊ similia: ⁊ ista ꝯferūt quattuor modis: q: cōprimūt stomacū ad inferiora ⁊ illud qḋ ē sub eo. s. intestina. 2m ē ꝙ sedāt nauseā. 3m ē ꝙ reprimūt motus materierū: ⁊ medicina que erat ad supiora etiā violēter ad inferiora moueꝛ. 4m ē ꝙ inferūt vim nature fm quosdā: q: dant vigorē nāe ⁊ virtutē cōstringēdo ⁊ cōiungēdo villos vel gnādo spūȝ vt panis ī vino infusus: de quo dictuȝ ē supra: vel īferūt vim nāe. i. cogūt ad expellēdū inferi⁹ illud qḋ in eis cōtineꝛ. ¶ 4m aūt remediū ē ꝙ si enema nō sufficeret: ⁊ sint accidētia mala extēsionis corpis ⁊ exitus oculorū ad extra: ⁊ fuerint mot⁹ materierū ad supiora: tūc oȝ ꝙ fiat flobothomia. ¶ Ubi primo notādū ꝙ sicut ī pcedēti. c. diciꝛ ꝙ supflua solutio hȝ tria cāꝝ genera fm modū loquēdi medicorū: ita dicim⁹ hic ḋ solutiōis defectu. Nā aut ē pp corpis sumētis dispōnē: aut pp medicine dispositionē: aut pp accidētia superuenientia istis. Ex pte corpis sunt plures cāe. Nā aut ē pp humoruȝ ineptitudinē: aut ꝑpter viaꝝ stricturā: aut pp oppilatiōes ex fecib⁹: aut humoribus viscosis: aut ꝑpter plurimā ventositatē factā ex mā pcpata inuēta que cuȝ agitaꝛ subleuat medicinā: aut materiam vel humorē includit ī anfractibus ⁊ foraminib⁹: aut ꝑpter debilitatē expulsiue: sicut accidit ī paralysi aut apoplexia: aut ꝑpter debilitatē virtutis īmutatiue: q: virtus nō agit debite īmutādo medicinā: ⁊ iō medicina non agit in corpus actionē debitā. Ex parte aūt medicine pōt eē: aut q: ē de medicinis malignis que cū difficultate corrigūꝛ a calore nāli: ⁊ pticipāt venenositate: aut q: ē debilis: aut q: mltū turbido motu agitatiua: quare sequiꝛ clausio materie in āfractib⁹: aut q: ē debilis virt⁹: aut q: pauce quātitatis: aut q: non fuit cōiuncta suo vigoratiuo. Ex pte aūt accidētiū sicut īdebita admīstratio occurrētiuȝ vt cogitatiōis ire doloris acris cibi ⁊ similiū: ⁊ tūc opȝ ꝙ ad debite succurrēdū remoueam⁹ cām taliū dispōnum: licet qñqȝ ab ipis effectib⁹ sit inchoandū pp necessitatē festinatiōis: sicut sepe incepim⁹ ab accidente dimisso morbo. ⁊ cā pȝ. ¶ Nota 2° ꝙ lȝ fiāt pp corpis dispōnem: nō oȝ codeȝ mō succurrere in medicina cōpressiua ⁊ lenitiua ⁊ lubricatiua ⁊ solutiua: nec ī oībus solutiuis codē mō q: aliter qñ ē ventōse nāe: ⁊ aliter qñ nō. ⁊ hec oīa distīcte ponit Mesue in de ꝯsolatiōe mediciaꝝ ītētōe 3ª. c. p°. Et q: hic Aui. nō oīa remedia: nec oīuȝ casuū: sȝ capitalia ⁊ pricipalia ponit vt p hec alia intelligam⁹: dimisso lōgiori sermone exponā modū quo remedia Aui. iuuāt. Et primo ḋ enemate. Nā enema si sunt feces ī intestis eas educit: ītestina mollificat: poros aperit: māȝ adaptat: vētositatē dissoluit: virtutē expulsiuā irritat si fuerit factū vt dȝ: iō multis intētionibus ꝯfert: trahēdo ēt ad inferiora nō parū ꝯfert iuuamētū: cōfert ēt in remotione nausee ⁊ agitationū in supiorib⁹. Unñ Mesue loco allegato dixit: verū ex his oīb⁹ cōfide ⁊ expecta mai⁹ iuuamētū ex clisterib⁹. Et in fine capituli: ⁊ ne cōdēnes clisteria: sȝ fiducialr ī eis ꝯfide. Coliria aūt siue suppositoria siue dicanꝛ a colon intestīo siue a colādo nō ē cura: ꝯferūt stimulādo expulsiuā: ⁊ irritādo ad motū versus īferiora: sed in aliis deficiūt a bonitate clisteriis. Scḋo pȝ ꝙ coliria sicca. i. suppositoria cōferūt incitādo expulsiuaȝ. Sȝ remediū scḋm puta masticis. ℥. iii. ī aqua tepida ꝯfert q: mastix aromaticitate cōfortat: ⁊ stipticitate ꝯprimit partes superiores versus inferiores: ⁊ pp alia que dicētur statim de stipticis. Sȝ de tertio remedio nota ꝙ stiptica cōmesta faciūt p° cōpressionē partiū superioꝝ ⁊ post īferioꝝ q: cōprimunt ptes quib⁹ occurrūt: ⁊ iō sunt cā vt exprimēdo pellātur medicina ⁊ humor īferi⁹. 2° ꝓhibēt nauseam p modū dictū: q: sua grauitate ꝓpellūt medicinā ad inferius: ⁊ ꝓhibēt motū suū agitatiuū ad superius. 3° q: īferunt vim nāe. i. faciūt mēbra fortia: vel q: ꝯprimūt ita mēbra vt coganꝛ exprimere illud qḋ ī foraminib⁹ cōtineꝛ esto ꝙ nā tentaret retinere. ¶ Sȝ tu dicis qñ qñ medicīa mouet ⁊ ñ euāt fiūt illa accidētia dicta. s. mordicatio ⁊ estuatio ⁊ angustia ⁊ scotomia ⁊ dolor capitis? Diciꝛ ꝙ hoc declaratū fuit supra in. c. de regulis cōibus solōm vētris ⁊ vomitus: ⁊ fiūt aut pp humorē: aut pp vētositatē: aut pp vapores: aut pp medicine substātiā. Sed flobothomia est necessaria qñ multa sunt mala accidētia ⁊ psertim cū oculi emināt extra ⁊ facies tumet. Significaꝛ eīm ꝙ tūc materie mouētur ad superiora ⁊ per venas: ⁊ ideo flobothomia euāndo materias agitatas ⁊ diuertēdo ꝯfert. Et vult Mesue ꝙ primo fiat euacuatio de basilica ⁊ post illam de saphena: q: euacuatio de saphena ē virtuosa ad diuertēdū. Incipiēdū ē aūt a basilica q: illa euacuat mltitudinē: ⁊ ꝓpter ꝓpīquitateȝ eīti⁹ diuertit ⁊ indigem⁹ hic pricipalib⁹ remediis. Et cuȝ īceperit p flobothomiā basilice declinare mā ad īferiora facilius traheꝛ ad distantiā longā p flobothomiā saphene. Si aūt a saphena īcepisset quia multa erat repletio nō attigisset ei⁹ diuersio vsqȝ ad caput.

Et cuȝ medicina ventrē nō soluerit ⁊ mala eam nō sequuta fuerint accidētia: melius etiā erit vt ipsaȝ cōsequaꝛ minutio saltē post duos dies aut tres. nā nisi hoc factuȝ fuerit timēdum est in ipso ne humores ad vnum principaliuȝ mēbroruȝ moueātur.

In febribꝰ aũt a minutõe cauẽdũ ẽ. s. i his q̃ vehemẽtis sunt calefactõis ⁊ inflãmatõis ⁊ in oibus non acutis febribꝰ in sui pricipio in die periodica.

¶ Nunc ponit Aui. quosdã cañ. in flobothomia obseruãdos exñte fe. Et duo facit. Prio ponit quosdã cañ. nõ dearticulãdo se multũ ad febres spãles. 2° cañ. ponit specialẽ i febre sinocha. ibi 2ª: in febre autẽ. Itẽ duo facit. p° facit hoc. 2° quoddã spãle flobothomie explicat iuuamẽtũ. ibi 2ª: multotiẽs p̃terea. Pria i duas. Prio facit hoc. 2° ponit quosdã cañ. erroris correctiuos. ibi 2ª: ⁊ sũmope. Pria adhuc in duas. Nã p° tangit quedã signa quibꝰ cõprehẽdimꝰ ⁊ scimꝰ regulare flobothomiã. 2° quedã signa ponit ex pte sanguis. ibi 2ª: ampliꝰ sanguis. Itẽ q̈ttuor facit. Prio ponit signa ex q̈litate morbi. 2° docet modificare flobothomiã ex quodã accidẽte in febre ↄplicato. 3° ponit significatões oñdẽtes flobothomiã eẽ faciẽdam aut non sũptas ex pte cãe morbi. 4° docet regulare flobothomiã ex pte accñtis. ibi 2ª: in febribꝰ. ibi 3ª: ⁊ silr oʒ. ibi 4ª: dispositionẽ. ¶ De prima dicit q in febribꝰ vehemẽtis calefactõis ⁊ iflãmatõis ⁊ i oibus febribꝰ nõ acutis cauẽduʒ est a minutõe a pricipio ⁊ in die periodica.

Dubitatur an hec pars cõtineat veritatez?

Negatiue arguit sic: In sinocha ⁊ causone ↄuenit flobothomia: ergo ⁊c̃. Cõsequẽtia nota q: sunt vehemẽtis calefactiõis. Añs patet prima quarti de cura putridaruʒ. ¶ Scdo: in talibꝰ conuenit ifrigidatio: ergo flobothomia. Cõseq̃ntia tenet q: flobothomia ifrigidat. Añs pʒ pª afforismoruʒ affo. 23° ⁊ nono terapẽtice. ¶ Tertio auctoritate Hypo. 4° regis acutoꝝ: cũ dicit acutas egritudies flobothomabis. ¶ 4° in tertiana pura cõuenit flobothomia: ergo i febre acuta. Cõsequẽtia tʒ: q: ẽ morbꝰ acutus. Ad oppositũ ẽ Aui. i littera. ¶ Pro dubio nota q per febres vehementis calefactiõis intelligere possumus febres pẽdentes a mã calida multa que plus mita quãtitate calefacit q̃ʒ humor multũ calido: sicut sunt febres sanguinee. Scdo p febres magne calefactiõis itelligere possumus febres pẽdẽtes a mã multũ calida: sicut pendentes a multa colera.

¶ Scdo nota q per febres non acutas possumus intelligere morbos longos cronicos qui sunt de mã grossa. possumus ẽt intelligere morbos qui nec sunt acuti nec cronici: sicut tertiana pura ⁊ effiª. ¶ Penes hoc sit hec prima cõclo: i febre multe inflãmatiõis mõ primo cõuenit flobothomia. hec cõclo pʒ ex nono terapentice. ¶ 2ª conclusio: in febre multe inflãmatiõis mõ 2° non conuenit flobothomia. hec fit ꝓ mente Aui. ⁊ pʒ q: hee febres sunt tãte iflãmationis vt cõsequat vehemẽs siccitas ⁊ ariditas corporum: iõ si fiat flobothomia copiosa nimia sequit inflãmatio ⁊ exiccatio. ¶ 3ª cõclo: in fe. multe inflãmatiõis stante peccato sanguis cõuenit flobothomia. hec cõclo pʒ i causone ex Aui. loco allegato. ¶ 4ª cõclo: in febribus nõ acutis: q: cronicis nõ conuenit flobothomia saltẽ multa. Pʒ cã ne ꝓsternat virtus: ⁊ pp mãm grossam nõ bene educibilẽ: ⁊ ꝓpter morbi longitudinẽ. ¶ 5ª cõclo: i morbis nõ acutis quãuis nõ cronicis de per se ⁊ merito materieꝝ flobothomia nõ cõuenit. Pʒ cõclo cũ materie taliũ morborum sunt alie a sanguine. ¶ 6ª cõclo: in his morbis ratiõe augumẽti põt flobothomia cõpetere. Pʒ cõclo si peccẽt alij humores cũ sanguine. ¶ 7ª cõclo: nec in cronicis nec in acutis cõuenit flobothomia i die ꝑiodicatiõis eius paroxismali. Ex his pʒ solo ad obiecta per cõclõnẽ primam. Ad primã partẽ obiecti pʒ per tertiã ⁊ scdam cõclõnẽ. Ad scdam rõem dico q flobothomia facta ſm sensum prime cõclusionis refrigerat. facta vero ſm sensum p̃ntis cañ. inflãmationẽ cãt ⁊ ebullitionẽ. Ad aliã rõnẽ dicẽdũ q i acutis morbis cũ peccato sanguinis conuenit flobothomia vt vult 3ª cõclo. Ad alias rõnes pʒ p penultias cõclõnes.

In febribꝰ p̃terea cũ quibꝰ aduenit spasmꝰ ẽ a minutõe cauẽduʒ lʒ fuerit necessaria: qm̃ cuʒ spasmus accidit vigilare facit ⁊ sudare multũ ⁊ deijcit virtutem quapropter sanguinis thesaurus est dimittẽdus.

¶ Nunc ponit cañ. istũ dicẽs: Dato q flobothomia sit necessaria vitãda ẽ tñ in febribꝰ cũ quibꝰ cõiũgit spasmꝰ. Nam facit vigilare ⁊ sudare ⁊ debilitat virtutẽ: iõ dimittẽdus ẽ sanguis vt thesaurus. ¶ Pro parte nota vt colligit 2ª tertij spasmũ eẽ triplicẽ. s. de inanitiõe ⁊ repletione ⁊ nõ ꝓportionatũ ad mãʒ. In spasmo de inanitiõe notũ ẽ q nõ cõuenit flobothomia ãplius inanitẽs ⁊ exiccãs corpus. i alijs aũt spasmis non cõuenit flobothomia: quãuis forte eẽt necessaria ꝓpter sanguinis abũdantiaʒ: eo qd pp motũ ↄtinuũ spasmi sequit dolor: sudor: vigilatio: ad que oĩa sequit magna virtutis debilitatio. Ne ergo addatur debilitas debilitati vitanda ẽ flobothomia regulr quãuis coacte qñqʒ oʒ nos facere timẽdo suffocationẽ. Iõ reglr teneat sanguis vt thesaurꝰ ⁊ fortificãs v̓tuteʒ: igitur ⁊c̃.

Et silr oʒ vt ex minutõe febricitãtis cuiꝰ febris nõ est ex putrefactõe minoratio fiat ꝓpterea vt ad resoluẽdũ febrẽ thesaurus reliquat. Et si fortis iflãmatõis nõ fuerit ⁊ fuerit febris putrida attẽde decem regulas ⁊ postea ituere i vrinali. Et si vrina fuerit grossa ⁊ rubedini attinẽs: ⁊ pulsus ẽt fuerit magnus ⁊ facies tumida ⁊ febris

Cõuenit ẽt flobothomia lati foraminis i hyeme ne sanguis subtilis exiẽs per foramẽ angustuʒ ad similitudinẽ linee gracilis frigore deuictꝰ corã foramine stanʒ ↄgeletur ⁊ exire non possit. nõ sic aũt vincitur sanguis qui defluit per latũ foramẽ etiã q: massa humoralis in hyeme nõ ẽ apta effluere per strictuʒ foramen. ⁊ dico hoc iuxta sententiaʒ Aui. scda primi doctrina scda sũma prima. c. vj. parapho illo: Et hyems ẽ magis ↄstringens mate rias ⁊c̃. Et si vlteriꝰ legeris colliges cãʒ stricti foraminis i estate: quare ⁊c̃.

Scias q spasmꝰ facit vigilare: q: ↄmouet vehemẽter cerebruʒ vna cũ febre: prouocat sudorem ex vehemẽtia doloris ⁊ angustie in ↄtractõe neruoꝝ cum febrili calore poros aperiẽte: deijcit etiã virtuteʒ ex vigilijs sudoribus ⁊ doloribus intẽsissimis quos ifert. Scito vlterius q si i spasmo de repletõe sine febre signa dominij sanguis apparuerint cõuenit flobothomia: sed minor q̃ʒ i egritudinibꝰ alijs similis repletiõis: vt vult Aui. scda tertij tractatu primo. c. vij. parapho illo: Et si tu videris signa sanguinis dominãtia manifesta valde: flobothoma ⁊c̃

in suo motu nō ꝓperet: flobothoma ī hora qua stomacus a cibo ē vacuus. Et si vrina fuerit subtilis aut ignea aut facies a prīcipio egritudinis fuerit tornatilis caue tibi a flobothomia. Qd̄ si īterpolatio in ea fuerit ⁊ quies febris in ipsa fiat minutio.

¶ In parte p̄cedēti Aui. docuit euitare flobothomiā ratione cuiusdā accidētis cōplicati febri: nūc docet regulare flobothomiā rōne modi febris. Et duo facit. Primo facit qd̄ dictū ē. 2º explicat q̄sdaꝫ ꝯditōes. ibi 2ª: ⁊ si fortis. De prima parte dicit ꝙ sili̇̄r oꝫ minorare flobothomiā ī febricitante febre putrida vt thesaurus sup. sang. dimittat̄ ad resoluēdū febrē: ī qua putrida febre si nō fuerit fortis īflāmationis vt supple cōueniēs fiat flobothomia decē regule sunt attēdende: que supra tacite sunt capitulo 3º. s. qū ⁊ quali̇̄r euāare oꝫ. Quibꝰ attētis vide vrinā q̄ si fuerit grossa attinens rubedini: ⁊ fuerit pulsus magnus: ⁊ facies tumida: ⁊ febris non ꝓperet in suo motu: hunc flobothoma hora qua stomacus ē vacuꝰ a cibo. Et si vrina fuerit subtilis aut ignea ⁊ facies a principio fuerit tornatilis tibi caue a flobothomia. Si aūt febris fuerit interpolata hn̄s quietem tūc flobothoma. ¶ Pro parte nota primo ꝙ hic duplex lr̄a reperit̄. Una affirmatiua dicēs: ⁊ ex putrefactōe: ⁊ hec littera nota est q̄ ī prīcipio fe. pu. maxime de mā alia a sanguine paucior competit flobothomia q̄ꝫ supple in fe. hu. sine putrefactiōe: eo p̄º ꝙ cū putrefactione virtꝰ ē debilior: ⁊ per ꝯn̄s minorē sustinēs flobothomiā: ꝓpter putrefactionē ⁊ indispositionē materie eductioni ꝑ flobothomiā. Jō attēdēdū ē ne virtus debilitet̄: imo cōseruet̄ sanguis vt nā sit potēs ad resoluēdū. i. remouēdū febrē digerēdo ⁊ eius māꝫ remouēdo. 2º reperit̄ littera negatiua dicēs: ⁊ febris nō ē ex putrefactione. Et ē sensus ꝙ febre existente humorali ⁊ nō ex putrefactiōe fiat paucior flobothomia q̄ꝫ appareat fiēda vt virtus nō debilitet̄ fortiter: imo dimittat̄ sanguis vt febris abijciat̄. Prima littera melior ē. de 2ª ē dubiū. ¶ Scd̄o notāter dictū eē si nō fuerit vehemētis inflāmatiōis: q̄ ex cañ. dicto supra pꝫ nō conuenire flobothomiā in febre vehemētis inflāmationis ꝓpter cām dictā. ¶ Tertio nota ꝙ vrina grossa tēdens ad rubedinem significat supabundantiā sanguis: ⁊ pulsus etiaꝫ magnꝰ significat supra fortē virtuteꝫ: ⁊ facies etiā tumēs significat virtutis fortitudinē. His igit̄ apparentibꝰ flobothomia faciēda ē cū denotet̄ sanguis abūdatia. ¶ Quarto nota ꝙ hic adhuc duplex reperit̄ littera. vna dicit ⁊ nō ꝓperet: alia aūt ē affirmatiua. Negatiua melior ē. Et intelligit̄ illo mō ꝙ si febris nō ꝓperet in suo motu. s. cretico q̄ nō fit. s. actuali̇̄r crisis nec de ꝓpinquo futura ē fieri: tūc flobothomia nō cōueniret ne impediat̄ virtus: aut ēt non ꝓperet in suo motu paroxismali. Properāte enim se. in paroxismo nō ē minuēdum. Ex dictis pꝫ cā. Si aūt littera sit affirmatiua pōt exponi isto mō q̄ sit citi motus: q̄ acuta febris ⁊ cōtinua: tūc illis obseruatis cōditionibꝰ cōuenit flobothomia. ¶ Ulterius nota ꝙ per faciē tornatilem itelligit. A. macrā faciē ⁊ excarnatā cuius color tēdit ad cineritiuꝫ ⁊ assimilat̄ facici mortue: tunc denotat̄ debilitas virtutis: q̄ illic non sit spiritꝰ neqꝫ sanguis. Cū ergo vrina apparente subtili aut ignea facie ēt a prīcipio morbi apparente tornatili colerica mā denotet̄ ⁊ debilitas virtutis a flōmia cauēdū ē. Quare aūt in die quietis īterpolate febris sit fiēda minutio ⁊ nō ī die paroxismi: nota ē cā ex dictis.

Et iuxta hāc litterā negatiuā intellige eē duplex genus febriū nō putridaꝝ in quibꝰ ꝯpetit flobothomia. Primū est effimera ex oppilatiōe: ⁊ pro hoc vide Gal. octauo de igenio sanitatis. c. iiij. parapho illo: Necesse ē vt ad īueniemus nām ⁊c̄. Scd̄ꝫ ē sinocha inflatiua sine putredine quā de genere effimere reputat Galienꝰ nono eiusdē. c. v. parapho illo: Reuertor igitur ad primā itentōeꝫ sinoche ⁊c̄.

Dispōneꝫ quoqꝫ tremoris ꝯsidera: qm̄ cum tremor fuerit fortis a minutōe tibi cauēdū erit. Ampliꝰ sanguinis qui egredit̄ colorē attēde: ⁊ si fuerit subtilis albedini attinēs ipsuꝫ illico retine. Et sūmope tibi caue ne egruꝫ ad vnam duarū perducas reruꝫ. s. humorū colericoruꝫ ebullitioneꝫ ⁊ frigidoꝝ cruditateꝫ.

De hoc etiaꝫ meminit Auic. pria quarti tractatu scd̄o. c. vij. parapho illo: Cū ergo exerces euōneꝫ: tūc ꝯsidera horā interpolatōis ⁊c̄. Et subdit: ⁊ nō euacues per fluxū vētris ī die piodi neqꝫ flobothomes. Et cā dicti pōt esse quadruplex. Pria q̄ hora quietis virtꝰ fortior est ad tollerātiam flobothomie. 2ª q̄ facta tali hora getis non sic perducit ad estuationē ⁊ ebullitioneꝫ sicut si fieret hora paroxismi. 3ª q̄ periculosuꝫ ē simul sustinere debilitatem que a paroxismo ē ⁊ que a flobothomia. 4ª q̄ in paroxismo īterpolate febris mā mouetur a venis vbi ē ad mineraꝫ febris: ⁊ flobothomia si nūc fieret hāc retraheret ī venas: ⁊ de īterpolata forte ꝯtīnuaꝫ efficeret febrē: quare ⁊c̄.

¶ Nūc ponit aliū cañ. docētem vitare flobothomiā rōe alterius accidētis: dicēs ꝙ cōsiderare debes tremoreꝫ: q̄ tremore existēte forti cauēdū ē a flobothomia. Cōsideres ēt colorē sanguinis egredientis ꝑ flobothomiā. Nā si fuerit subtilis attinens albedini statim retine ipm̄ ne fluat: vnde sūmopere caueas tibi ne egrū ꝑducas ad alterā duarū rerū s. humorū flegmaticoꝝ cruditatē aut colericoꝝ ebullitōꝫ. ¶ Pro parte nota ꝙ tremor pōt dici fortis: aut q̄ valde intensus: aut q̄ valde longus. Si sit intensus tunc cātur a materia colerica acuta mordaci dispersa supra sensibile mēbrū in quo nō cōuenit flobothomia cū mā sit colerica a sanguine separata. Si aūt fit tremor fortis q̄ valde lōgus: q̄ ꝓpter talē tremorē fortē debilitat̄ virtus ne debilitas iungat̄ debilitati oꝫ cauere a flobothomia. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ si sanguis sit subtilis attinēs albedini: denotat̄ ipsuꝫ attestari flegmati: ⁊ sic ē a minutiōe cauēdū. Si ēt sit subtilis ⁊ citrinitati attinēs: tūc ēt nō cōuenit flobothomia. ¶ Ulterius nota ꝙ sicut colericꝰ humor non tēpatꝰ cum sanguine vel per sanguinē tāquā ꝑ frenū ducēdo se ad calorē intēsiorē ebullit: sic etiā flegmaticꝰ hūor nō tēpatus a calido ꝑ partes frīdas ⁊ terreas veniēdo ad āpliorē frigiditatē incrudat̄. ¶ Ulterius nota ꝙ stante peccato illoruꝫ humorū ⁊ nō sanguis a minutiōe siue flōmia cauēdum ē.

Cūqꝫ in febre te oportebit flobothomare nō attendas qd̄ quidā dicūt. s. ꝙ nō est bonū vt post quartuꝫ dieꝫ fiat: qm̄ bonū est vt fiat etiā si sit post quadragita dies: ⁊ hoc s̄m sentētiā Gal. lꝫ premittere ⁊ preparare sit meliꝰ cū significatōes certe fuerit. Qd̄ si ī hoc erratū fuerit quacūqꝫ hora iueneris egruꝫ ⁊ oportuerit flobothomia ipꝫ postq̄ꝫ decē reꝝ sollicitudinē habueris. Multotiēs preterea flobothomia ī febribus licet necessaria nō sit efficit vt natura fortis fiat super materiā ꝓpterea ꝙ eaꝫ efficit paucā: ⁊ hoc quideꝫ cum fuerit figura ⁊ etas ⁊ virtus ⁊ reliqua talia vt permittāt.

¶ Nunc ponit aliū cañ. dicēs ꝙ cū in febre egeas flobothomia nō attendas dictū quorūdā dicētiuꝫ flobothomiā nō esse fiendā post diē quartā. Nā bonū est eam ēt facere post diē quartā s̄m sniaꝫ Gal. lꝫ premittere flobothomiā aut ipsaꝫ ꝓperare ad faciēdum sit meliꝰ appentibꝰ certis significatōibꝰ. Si tn̄ errat̄ sic ꝙ nō sit facta flobothomia ⁊ debeat fieri: quacūqꝫ hora videris ipsam necessariā fac: tn̄ sollicitudinē hēas decē reꝝ de quibꝰ facta ē mētio tāq̄ꝫ de significātibꝰ euōneꝫ caº. iij. de qn̄ ⁊ qualiter euāare oꝫ. ¶ Dicit 2º ꝙ lꝫ flobothomia multotiēs nō sit necessaria in febre: facit tn̄ nām potentē esse supra mām paucificādo materiā habitudine totiꝰ etate virtute ⁊ alijs ꝯsentiētibꝰ flobothomie. ¶ Pro ꝑte nota ꝙ stāte peccato sanguis q̄ꝫto citiꝰ fit flobothomia tāto meliꝰ est: q̄ sanguis ī ꝓcessu magis malignat̄ ⁊ ineptior reddit̄ expulsioni eo ēt ꝙ virtꝰ reddit̄ debilior. ¶ Scd̄o nota ꝙ stāte peccato sanguis ceteris paribꝰ nō solū post quartū diē est flobothomādū: imo multotiēs post 40m cū iuuamētū sequat̄. Immo multotiēs in prīº nō ꝯuenit flobothomia sꝫ in ꝓcessu sic: q̄ aliqn̄ in prīº hūores nō sunt apti educi ꝑ flobothomiā. In ꝓcessu aūt pn̄t eē habiliores: q̄ sanguis aptus educi ꝑ flobothomiā. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ lꝫ flobothomia multotiens nō sit necessaria rōne febris vel rōe materie febris nō ꝯueniret flobothomia: q̄ tn̄ sanguis est multū grauās virtutē: vt virtus reddat̄ potētior supra mām digerēdā ꝯuenit flobothomia. Exēpli cā vt siqs patit̄ tertianā cū dn̄io sanguis: tūc lꝫ in tertiana rōne ꝓprie māe non ꝯueniret flobothomia: rōne tn̄ sanguis peccātis vt nā reddat̄ potētior supra coleram: flobothomia ꝯpetit. Jtē supposito adhuc ꝙ mā sanguinea nō sit multa: timore tn̄ ꝯuersiōis sanguis ad nāꝫ colere vt sanguis euāctur ꝯuenit flobothomia.

In febre autē sanguinea necesse ē vt euāatio fiat minutōe nō superflua in prīcipio ⁊ supflua cuꝫ affuerit maturatio febris que multotiēs remouet̄ in hora flobothomie. Tibi quoqꝫ cauere debes a minutiōe in ꝯplexione vehemētis frigiditatis ⁊ in regionibꝰ fortis frigiditatis ⁊ in hora fortis doloris ⁊ post balneū resolutum ⁊ post coitū ⁊ in etate que ē minor. xiiij. annis quāto plus poteris: ⁊ in etate senū quāto magis poteris nisi in figura ꝯfisus fueris ⁊ in soliditate musculoꝝ ⁊ venaruꝫ amplitudine ⁊ earuꝫ repletōe ⁊ colorū rubedine. hos nāqꝫ ex adolescētibus ⁊ senibꝰ flobothomare audebis. Adolescentes tamē s̄m ordinē ad flobothomāduꝫ paulatiꝫ ꝓuehere debes cuꝫ pauca minutiōe. In corporibꝰ quoqꝫ fortis maciei ⁊ fortis grossitiei ⁊ raris ⁊ albis ⁊ lassis ⁊ citrinis sanguinē non habētibus a minutiōe tibi quantuꝫ plus poteris cauere debes.

¶ In parte pn̄ti Auic. ponit aliū cañ. spālēꝫ: dicēs ꝙ in febre sanguis necessaria est euāatio nō supflua in prīcipio: ⁊ supflua cū apparet maturatio māe febris q̄ multotiens remouet̄ ī hora flobothomie. Dicit vlteriꝰ ꝙ cauēdū ē a flobothomia in ꝯplōne multū frīda ⁊ in regionibꝰ frīdis ⁊ in hora fortis doloris ⁊ post balneū resolutiuū ⁊ post coitū ⁊ quāto plus potes ī etate minori. xiiij. annis ⁊ ī etate senili nisi ꝯfisus fueris de figura ⁊ soliditate musculoꝝ ⁊ venaꝝ āplitudine ⁊ multitudine ⁊ eaꝝ repletōe ⁊ coloris rubedine: tales eiꝫ audebis flobothomare. Adolescētes autē debēt paulatine ad minutōeꝫ ꝓmoueri: p̄º minutionē faciēdo paucā. Dicit ēt ꝙ quāto plus potes debes vitare flobothomiā ī corporibꝰ macris ⁊ crassis raris ⁊ albis ⁊ lassis ⁊ in citrinis non habentibꝰ sanguineꝫ.

Dubitatur circa parteꝫ an in principio febris sanguis fiēda sit maior euāatio q̄ꝫ in ꝓcessu?

Affirmatiue arguit̄ sic: In sanguie nō expectat̄ digō: ergo ⁊c̄. Cōsequētia nota ⁊ añs pꝫ p̄ª quarti caº de cura putridaꝝ in gnāli dū dicit: Et scias ꝙ flobothomia qn̄ est itētio sanguis nō est de genere eiꝰ ī qua expectat̄ digō. ¶ Scd̄o arguit̄ sic: Anteq̄ꝫ corpa cadāt ī morbos āplior ꝯuenit flobothomia q̄ꝫ postq̄ꝫ actuali̇̄r egra sunt: ergo etiā ī fe. sanguinea in prīº āplior cōpetit flobothomia q̄ꝫ post in ꝓcessu.

Antecedēs

Antecedēs superiꝰ ē tactū. tꝫ ꝯsequētia. Nā antequā corpora sint actualr̄ egra copiosior cōpetit flobothomia: eo qꝫ nōdū sanguis malignatꝰ ē. Dum aūt actualr̄ egra sunt cū sanguis malignatꝰ ē: tūc nō tanta cōuenit flobothomia sicut ante. Silr̄ cū in prin. fe. sanguinis cōtingat sanguinē malignari plusquā in ꝓcessu: ⁊ in ꝓcessu magis intensa putrefactione putrefieri: iō in prin. intensior cōpetit flobothomia. ¶ Tertio arguitur sic: In febre sanguinea in principio cōuenit flobothomia vsqꝫ ad sincopim: ergo in principio superflua flobothomia fiēda ē. Cōsequētia nota ē: ⁊ aīs est Gal. nono terap. ¶ Quarto arguit̄ sic: Sanguis sub ꝓpria forma manēs ē patior expulsiōi colera qꝫ tūcūqꝫ digesta: igit̄ in ꝓposito isto nō ē expectanda digestio. Aīs ꝑ tāto tꝫ cū sit humor tēperatus respectu illius colere. Tenet ꝯñā: q: i colera sic digesta nō āplius expectatur digō. Ad partē oppositā ē Aui. i textu. ¶ Pro dubio nota qꝫ sanguis pōt peccare ī quāto: pōt etiā peccare ī qli. Si aūt peccet ī quali aut est ꝑ admixtionē alicuiꝰ humorꝫ aut ꝑ extractionē in seipso factā nullo sibi alio ꝯmixto. Si p° mō: aut hic humor extraneat ipꝫ qualitatiue q: calefacit aut ifrigidat: aut ex ꝑte modi substātie q: subtiliat vel igrossat. Scdo vero mō extraneat̄ sanguis vel ꝑꝑ intrīnsecā cām vel extrinsecā si per cās ꝑdictas alterat̄ aut ī mō substātie mutat̄ aut ī qualitatibꝰ manifestis. vel 3° q: putresit ⁊ disponit̄ ad sue forme corruptōēꝫ. Qui modi extraneationū colligunt̄ pᵃ primi ca° de humoribꝰ ad pricipiū. Aliud ē peccatū sanguis ī quāto dato qꝫ nō peccet ī quali saltē peccato notabili. Ex isto vt ēt tāgit expositor pꝫ differētia iter sanguinē ⁊ alios humores. nā cum sanguis sit humor tꝑatus ⁊ a nā dilectꝰ ipso aucto fm quātitatē non fit eiꝰ qualitatiua extraneatio necessario: sꝫ aliis humoribꝰ auctis cū sint distēꝑate ꝯplonis etiā qualitatiue mutant̄. Nō ergo fit ipoꝝ peccatū fm quātitatē quin fiat sꝫ quale nisi forte sanguine eos refrenāte: sicut pꝫ i plectorica dispositiōe i qua ē peccatū quāti oium humoꝝ nō existente peccato qualis vt sanguine moderāte dictos humores ne ad malā deueniant qlitatē. 2° premitto febrē sanguineaꝫ duplicē esse. s. sine putrefactiōe ⁊ cum putrefactiōe: vt pꝫ prima quarti. c. de febre sanguinea. In febre aūt sanguinea sine putrefactione que synocha iflatiua appellat̄ ē peccatū quāti ⁊ nō qualis notabilr̄. In febre vero cū putrefactiōe q̄ synochꝰ appellat̄ ē peccatū qualis dato qꝫ quāti ⁊ qualis possit cōtingere peccatū. ¶ 3° nota digestionē esse duplicē. s. in nocitiuo ⁊ iuuatiuo. Digestio iuuatiui non ē nisi ꝑparatio materie iuuantis vt tandē in nutriti nāꝫ ducat̄. Digestio in nocitiuo nō est aliud qꝫ preꝑatio mãe nocitiue siue hec sit preꝑatio qua nociua mã ducat̄ ad benignū siue hec sit preꝑatio materie ad expulsionē. ¶ Istis notatis sit hec pria cōclo. In febre sanguinea sanguine solo quāto peccante nō ē expectanda distegio. Hec cōclo sit ꝑ mēte Auic. pria quarti allegato. c. Propterea persuadetur propositio sic: Stante tali peccato est sufficienter aptus educi: ergo ⁊c̄. Antecedens notum est ex quo est peccatum solum quātitatis. ꝯñā nota ē. ¶ 2ᵃ cōclo: stante solū peccato sanguis ī quali nō ē minuēdū sed ē expectāda maturatio. Probat̄ q: tali stāte peccato sanguinis: sanguis ē inepius eductiōi: igit̄ ⁊c̄. Aīs tenet ꝑ tanto q: hic de peccato loqmur qualitatiuo quo sanguis disponit̄ eūationi. ¶ 3ᵃ cōclusio: stante peccato sanguinis quātitatiuo ⁊ qualitatiuo minorādū ē a principio ⁊ in ꝓcessu eradicandū. Pꝫ cōclo quo ad partē primā: q: cū sanguis sit multus vt virtꝰ sit potētior supra mãm: mã ē minoranda. Nō ergo ē eradicāda nisi cū debite sanguis sit dispositus eductioni. In processu vero maturatione facta cōuenit flobothomia copiosa totā eradicans mãm tāquā eductiōi paratā. Et ista tertia cōclo sit ꝑ intellectu partis p̄ñtis. Loquit̄ ergo Auic. d febre sanguinea cū putrefactiōe sanguis ⁊ peccato qꝫti. Istis conclusis omittendo multa pꝫ responsio ad obiecta oia. Ad primū enim rñsum ē per vnā ex cōclonibꝰ. Ad aliud ēt ꝑ prehabita pꝫ rñsio. pꝫ etiā que digestio ꝯuenit sanguini ⁊ que non. ¶ 2° notandū qꝫ aliqua eūatio pōt dici superflua: p° q: plus eūat de mã qꝫ sit eūandū: ⁊ hoc mō sumit̄ superfluū in p̄ñti. 2° mō pōt dici superflua q: euacuans totū humorē: ⁊ per cōsequēs supflua respectu euacuatōis minoratiue saltē fm plurimū: q: cōtingit aliquādo eūationē eradicantē minorē eē eūatiōe minoratiua. 3° ꝑ eūationē superfluā possumꝰ intelligere eūationē ad quā sequit̄ vltima debilitas virtutis: de qua ēt nō intelligit̄ in p̄ñti. 4° ꝑ eūationē superfluaꝫ possumus intelligere euacuationeꝫ que sit vltra aliquale posse virtutis: q: ad ipsam sequit̄ aliqualis debilitas cū sufficiēter eūat mãm peccantē: de qua intelligit̄ in p̄ñti. Per eūationē etiā superfluā possumus intelligere eūationē multā que superfluit respectu pauce eūationis: ⁊ hec expositio teneat̄. ¶ 3° nota qꝫ ex parte cōcipit̄ hanc eūationē eē fiēdam ī statu: ī quo mã ē summe digesta: vt colligit̄ prima quarti. c. 3°. Et hoc cōtinet veritatē cū nã nō tentet ꝓtunc eūare per nares: aut aliā regionē. ¶ Ulteriꝰ nota qꝫ hec dictio q̄: pōt ad duo referri. p° ad febrē vt dicat̄: que. s. febris multotiēs remouetur in hora flobothomie. s. in ꝓcessu ⁊ copiose ⁊ post digestionē materie. Et notāter dictū ē mltotiēs q: quotiēs sanguis ꝓpriā seruauerit naturā: ⁊ bñ digestus ē. Quando vero fm partē sit mutatus ad nāꝫ alterius humoris cōtingens ē febrē nō cessare flobothomia: aut remanēte mã solōne ventris educēda: aut alia regione per farmacū. 2° pōt referri ad ly maturatio: ⁊ ē sensus qꝫ maturatio multotiēs remouet̄ in hora flobothomie. Nā facta ista flobothomia stante isto peccato colere aut flegmatis contingit fieri incrudationē aut colere ebullitionē. pᵃ relatio tāquaꝫ verior teneat̄. ¶ Ulteriꝰ notādū qꝫ a minutiōe saltē copiosa i cōplōne calida aut frigida cauēdū ē. In frigida tāquā debiliori ⁊ apta magis ledi cū flobothomie sit per se ifrigidare sanguinē paucificando spūs. In cōplōne calida timētes ebullitionē: flobothomiā ergo vitare debemꝰ: per calidā colericā intelligēdo ⁊ calidā in quāto ⁊ quali: qualis ē sanguinea. ¶ Nota vlteriꝰ qꝫ in regiōe multū frida cōmuniter a flobothomia ē cauēdum ne paucificato calore ⁊ spū vehemētis aeris frigiditas illa corꝑa debilitet ⁊ mortificet. Et notāter dictū ē cōiter q: quedā sunt corꝑa illarū regionū que multiplicant sanguinē multo existente frigore aeris que etiā copiosam possunt sustinere flobothomiā. In regionibus ergo frigidis corpoꝝ ꝑitate posita a flobothomia cauēdū ē ꝓpter cām assignatā. Cōsimiliter etiā in regionibus valde calidis ꝓpter paucitatē sanguīs ⁊ spūum ⁊ ꝓpter ebullitionis timorē. Et de per se plus est vitāda flobothomia in regione frigida qꝫ calida. In quibusdam tū corꝑibꝰ rōne effectꝰ per accidēs cōtingētis vt tactū ē: pōt fieri flobothomia sanguine multuꝫ exaucto. ¶ Ulterius nota qꝫ in p̄ñti parte reperit̄ triplex lr̄a. Una dicēs: ⁊ hora fortis coloris cuius cā ē sñia habite partis. Alia vero dicēs doloris que pōt exponi tripliciter. Uno mō doloris. s. virtutis aīe valde ꝓstratiua ne dbilitas iūgatur debilitati: ⁊ sic a minutione saltē copiosa cauēdū ē. 2ᵃ ꝑ dolorē intelligere possumus dolorē a mã flegmatica ⁊ viscosa procedēteꝫ qualis ē colica passio ꝓcedēs a flegmate viscoso ⁊ vitreo in quo vt notū ē non cōuenit flobothomia. Sed dū Gal. pria affo. cōmēto 23° vult qꝫ in forti dolore nulla ē melior medicina qꝫ flobothomia: istud cōtinet veꝝ materia existēte sanguinea i fluxu ad dolētē ꝑtē de qua nō loquit̄ p̄ñs expositio. Per fortem dolorē 3° intelligere possumus nō solū forteꝫ ex ꝑte intēsionis tristis sensationis sꝫ fortem respectu ꝓstratiōis virtutis q: ꝓsternat virtutē: ⁊ de hoc loquit̄ Aui. Cuiꝰ cā ē q: vel in tali cōpeteret flobothomia copiosa de qua hic loquit̄: ⁊ hoc nō: q: virtutē ꝓsternēdo ꝑduceret ad mortē. Nec etiā de nō copiosa cōtinet verū eo qꝫ ista nō sufficeret ad diuertēdū materiā a mēbro dolēte: imo in illo cāu applicāda sunt mitigantia dolorē ⁊ resouētia virtutē. ¶ Ulterius nota qꝫ ꝑ balneū resolutiū Aui. intelligit balneū aque notabilr̄ calide in quo magna mora cōtracta ē qꝫ q: calefaciēdo ⁊ potēter agēdo resoluēdo spūs ⁊ sanguinē in vaporē valde debilitat virtutē: iō nō statim sequi dꝫ flobothomia ne debilitas iungat̄ debilitati: ne etiā corpus ad nimiā ebullitionē perducat̄. Post vero balneū mollificatiuū ī quo paruam morā cōtraxit infirmus tāquā post rē liquētem ⁊ disponētem humores exitui cōuenit flobothomia. ¶ Ulterius nota qꝫ post coitū saltē superfluū nō ē faciēda minutio ꝓpter debilitatē contingētem ex coitu ⁊ percussiōe ex eodē ꝓueniēte ne fiat ebullitio. etiā in die coitus nō dꝫ fieri flobothomia saltē ꝓpter ꝯmotionē ⁊ agitationē factā: ⁊ hoc regulariter oꝑando. ¶ Ulterius nota qꝫ in etate senili potissime debemꝰ vitare flobothomiā quātū possumꝰ propter paucitatē sanguinis ⁊ spūuꝫ. In etate vero puerili vitāda ē flobothomia eo qꝫ primū calidū illiꝰ etatis agit ꝯsumēdo multū de humido apto resolutōi tanqꝫ aereo eo etiā qꝫ illa corꝑa egēt multo sanguīe vt nutriāt̄. In etate vero media ⁊ magis in etate iuuētutis sanguīe exñte multū calido ⁊ corꝑe nō parato resolutiōi pōt fieri flobothomia multa. ¶ Ulteriꝰ nota qꝫ si expedit fieri flobothomiā in his ꝓhibitis etatibꝰ quedā ꝯsiderāda sūt. Prio figurā: itelligēdo ꝑ figurā corporis maciē aut carnositatē: per soliditatē musculoꝝ intelligēdo quādā duriciē ex multo spū ⁊ humoribꝰ ꝯtingēteꝫ: per amplitudinē venaꝝ itelligēdo āplitudineꝫ denotāteꝫ calorē ⁊ denotāteꝫ mãm multā extēdentē: per rubeū colorē itelligēdo rubeū colorē in facie ⁊ ambitu totiꝰ apparēteꝫ. Que oia cū significāt virtutis ꝯstantiā ⁊ sanguinē abūdare: significāt sanguinē ꝯsentire flobothomie. ¶ Ulteriꝰ notādū qꝫ adolescētes ordinate ꝓmouēdi sunt ad flobothomiā: vt p° fiat pauca: deinde maior ne ex multa flobothomia ꝓsternat̄ virtꝰ q̄ pōt amplior fieri ī ꝓcessu iā corꝑe assueto flobothomie ampliꝰ ꝯsolidato ⁊ fortificato. ¶ Alteriꝰ nota qꝫ corpora valde macra nō sūt flobothomāda ꝓpter paucitatē sanguīs ⁊ spūum eo ēt q: ea vtplurimū sūt colerica ī quibꝰ ex flobothomia iuxta ꝑhabitū colere timemꝰ ebullitionē fortē. Fortiter ēt crassa nō sūt flobothomāda: q: vtplurimū sūt frida: ne etiaꝫ inanitis venis ꝑꝑ flobothomiā suffocatio ⁊ caloris oppssio ꝯsequat̄. Alba ēt ⁊ lassa ⁊ hñtes carnes lassas non dēsas nec ꝯpactas: vt paucificato calore ⁊ spū ñ sūt flobothomāda: in promptu est cā. Citrina ēt corpora ⁊ abūdātia colera ⁊ in

Huic videt̄ aduersari Gal. nono de igenio sanitatis. c. vij. vbi dicit qꝫ frigiditas ⁊ humiditas aeris ē significatio qꝫ flobothomia ꝯueniat. Etiā scribit Aui. scda primi doctrina scda. c. xj. qꝫ i locis habitabilibꝰ frigidis morātes sunt fortiores ⁊ audacie maiores ⁊ melius digerētes: igit̄ merito in sanguīe abūdare debēt ⁊ flobothomijs qñqꝫ indigere ⁊ eas bene ferre ⁊c̄. Sꝫ tu dic qꝫ isti intelligūt de aere siue regione cuiꝰ frigus nō sit penetrās sed circūstans corpori fortificās intus calorē innatū: ⁊ i hoc casu ꝯuenit frequēter flobothomia. In aere auteꝫ siue regione cuius frigus corpora inhabitātiū fortiter penetrat remittens vim inati caloris vias cōstringēs ⁊ humores ꝯpingēs regulr̄ non cōpetit flobothomia: quare ⁊c̄.

Scias qꝫ in venis notabiliter macroꝝ sepe sanguis superabūdat ⁊ ē copiosior qꝫ i venis piguiū vt experiētia notat in porco macro ⁊ alijs qñ occiditur: ⁊ huius cā pōt esse vel q: fortitudo caloris īnati sufficit digerere ma-

grā cibi quantitatē: qui si nutritiuus ⁊ hūidus fuerit a leui cā nō colerizabi lis sanguinē i venis multiplicabit: vel q₂ vehemēs mēbroꝝ siccitas prohibꝫ ex sanguie plimū vniri ⁊ inuiscari mēbris macris. manet ergo i venis: ⁊ dū occultaꝛ vel superabūdat vel vias oppilat diminuēdus ē per flobothomiam nō obstante macie: maxie duꝫ bene tenduntur ⁊ ingrossantur: quare ⁊c̄.

sanguie paucificata quātū possibile ē debēt euitare flobothomiā. Et hic per nō habentia sanguinē itelligere possumus macra: crassa: rara: alba: lassa ⁊ citrina.

Amplius i corporib⁹ que ꝓlixas perpessa sūt egritudies caue tibi a flobothomia nisi sanguis affuerit corruptio q̄ te ad hoc perducat: qm̄ tūc flobothomabis ea. Et cōsidera sanguinē: ⁊ si ipsuz videris nigrū ⁊ spissuz extrahe eū: ⁊ si ipsuz videris albū ⁊ subtilē eū illico constringe: qm̄ in ipso existit vehemēs timor.

¶ Nunc Aui. ponit aliū cañ. dicēs ꝙ i corporib⁹ hūtib⁹ valde lōgas egritudies caue a flobothomia nisi ad hāc faciendā ꝑducat corruptio sanguis. nā tunc facias flobothomiā viso sanguine nigro spisso. viso aūt albo subtili statiꝫ ꝯstringe. nā in eūando talē timor est. ¶ Pro parte nota ꝙ corpora passa valde longos morbos: aut ēt ifestata a longis morbis q₂ valde debilitata nō sunt flobothomāda ꝓpter debilitatē virtutis: aut ꝓpter māꝫ grossaꝫ flobothomie inceptā nisi adsit corruptio sanguis ꝓpter eūonem solitā retētam: vt mēstruoꝝ emoroidaꝝ ⁊ similiū. In his eiꝫ casib⁹ ꝯuenit flobothomia: vt hec corruptio remoueaꝛ apparēte sanguie nigro aut spisso. Nā cuꝫ sanguis declinat ad quādā rubedinē obscurā: si appeat niger ⁊ spissus denotaꝛ corp⁹ ex spissitudine nō aptū resolutiōi. Denotaꝛ ēt humorē nō multū recedere a nā sanguis cū sanguis tendat ad nigrū: ideo secure pōt flobothomia fieri. Sanguie vero exūte albo ⁊ subtili cum denoteꝛ paucitas sanguis ⁊ spūuꝫ ⁊ corp⁹ aptuꝫ resolutōi: timor est in eūando ipm ne debilitas nimia corpori cōiungaꝛ.

A minutōe preterea tibi cauere debes super cibi repletionē ne materiā non maturā ad venas trahas loco eius qd̄ ab eis euacuasti.

¶ Nūc Aui. ponit aliū cañ. dicēs ꝙ tu debes tibi cauē ne fiat flobothomia stomaco exūte repleto cibo ne māꝫ idigestā trahas ad venas. Ad itellectū partis dubitaꝛ.

Utrum stomaco repleto cibo flobothomia facta materia idigesta trahaꝛ ad venas?

Qd̄ nō videtur q₂ nulla est causa talis attractōis: ergo ⁊c̄. Cōsequētia nota ⁊ antecedēs patet. ¶ Naꝫ primo inanitio venarū nō est causa attractōis cuꝫ vene essent ante hoc magis plene debito. Nō eiꝫ virt⁹ est talis attractōis cā cuꝫ virtus non idigeat recōpensa sanguine exūte ampliori debito: nō etiā ratione vacui cuꝫ adhuc stet repletio debita venaruꝫ. ¶ Scd̄o arguiꝛ sic: Corpore habente talē repletionē sanguinis quāta ē cū fit flobothomia si repleaꝛ cibo nō trahitur mā indigesta: ergo ⁊c̄. Aūs ē cōcessum cōiter. Tꝫ ꝯña cū stet vtrobiqꝫ repletio cōsimilis. ¶ Tertio sic: i famelico cibo repleto nō trahiꝛ mā indigesta: ergo ⁊c̄. Aūs videtur notū satis: ⁊ tenet ꝯña q₂ cū sit inanitio maior: dꝫ etiā fieri attractio. ¶ Ultimo arguiꝛ sic: Si dictū Aui. eēt verū sequereꝛ ꝙ nullū corpus posset vere resumi. ꝯñs ē contra dicta auctoꝝ. Et arguiꝛ ꝯña: q₂ assumpto cibo virt⁹ mēbrorū inanita partē indigestam attraheret. Ad oppositam ptē ē Aui. i cañ. pūti. ¶ Pro dubio p̄io p̄mitto ꝙ notanter dictū ē super repletionē cibi ⁊ nō assumpto cibo: q₂ stomaco repleto cibo: stomaco quasi post repletionē fastidito: mēbra melius pūt indigestā attrahere māꝫ. sed exūte cibo pauco in stomaco aut tēpore pauce quātitatis reddiꝛ stomacus auarus i detinēdo cibū: iō mēbra nō pūt sic attrahere māꝫ indigestā. Itē cōcessum ē fieri flobothomiā cibo exūte in stomaco vt inferius diceꝛ. 2° premitto attractionē fieri a virtute a calido ⁊ a vacuo. 3° p̄mitto ꝙ quātūcūqꝫ peccās educaꝛ mā etiā iuuās educiꝛ: ⁊ cōueniens siue peccet ꝓm quātitatē siue ꝓm quale. Est etiā supponendum ꝙ si in aliquo cōcauo teneaꝛ aliquid liquidū quātūcūqꝫ sit plenū euacuata aliqua parte extrema quasi totus liquor ponitur in motu vt notū ē. Quibus suppositis ponatur cōcl'o rūsalis. Quod stante repletiōe stomaci nō ē fiēda flobothomia ne agiteꝛ mā exūs in stomaco ⁊ corrūpaꝛ ne etiā rōne vacui ꝓpter exitū sanguinis attrahaꝛ mā cibalis indigesta. Isto cōcluso pꝫ rūsio ad primū obiectum. ¶ Ad 2ᵐ de famelico dicēdū ꝙ cibo assumpto tꝑe famis: q₂ stomacus ē valde auarus in detinēdo: mēbra nō attrahunt cibū indigestū. Et si ponaꝛ stomaci repletio nō ē inconueniēs ad mēbra indigestā duci materiā. ¶ Ad vltimū negaꝛ ꝯña. Ad punctum dico ꝙ corpa conualescētia si sumant debite cibum stomaco exūte cupido i detinēdo ipm mēbrū ū attraheret māꝫ idigestā. si vero fiat repletio stomaci: nō ē incōueniēs tūc trahi māꝫ indigestaꝫ.

Et oꝫ ēt vt tibi caueas ab ea i repletiōe stōaci ⁊ itestinoꝝ facta ex fece iā ꝯsequuta ⁊ ꝓpinq̄: imo i eā eūando stude: ⁊ illd̄ quidē qd̄ ē in stomaco aut corā eo vomitu: ⁊ qd̄ i itestis iferiorib⁹ quo poteris ⁊ si nō alio saltē clisteri. Caue p̄terea tibi ne fastiditū flomes: sꝫ ꝓlōga ipꝫ ab hoc vt ei⁹ fastidiū digeraꝛ. Et tibi ēt caue ne subtilitateꝫ sensus oris stōaci hūtē aut ipsi⁹ debilitatē flobothomes ⁊ infelicē ex gnātōe colere rubee i ipso: huiusmodi nāqꝫ sibi cauere dꝫ: a nimia quoqꝫ audacia i minuēdo sibi cauere dꝫ ⁊ ꝓpric cū est ieiunus. Sensus vero subtilitatē oris stomaci hēntez dignosces ꝓpterea ꝙ mordicatiua traiicere ei nocet. Et habētem oris stomaci debilitatē cognosces ex desiderii ipsius debilitate ⁊ dolorib⁹ oris stomaci. Et hēntē os stomaci aptū receptōi colere rubee in quo ipsa multū generaꝛ dignosces ex perseuerātia nausee ipsi⁹ ⁊ ꝓpterea ꝙ colerā quaqꝫ hora vomit ⁊ ex oris ipsius amaritudine. Istis nāqꝫ cum flobothomati fuerint oris stomaci conseruatōe non premissa accidet inde timor magnus ⁊ quādoqꝫ moriūtur inde.

¶ Nūc Aui. ponit cañ. aliū repetēdo p̄tactū dicēs ꝙ stāte repletiōe stomaci ex cibo etiā stāte fece ꝯsueta. i. ātiqua: aut etiā d̄ nouo facta ex cibo tibi caue a flobothomia: imo remoue primo fecē ⁊ repletionē stomaci. Repletionē stomaci vomitu: aut qd̄ ē corā ipo. Cōtentū aūt in intestinis iferioribus si nō cū alio poteris eūare cūa saltē cū clisteri. Dicit 2° ꝙ cauere debes ne euacues fastidium: sed expecta ad faciēdū flobothomiā vsqꝫ quo mā faciēs fastidiū digeraꝛ. Caue etiā ne flobothomes hūtem os stomaci sensibile aut debile. Et etiā nō flobothomes infelicē ⁊ ꝓpric ieiunū ꝓpter gnātionē colere: aut ꝓpter pūtiā colere rubee in stomaco: quā sensibilitatē oris stomaci cognosces: q₂ si ille comedit aut bibit mordicatiua nocēt sibi. Debilitatē vero stomaci comprehēdes ex dolore oris stomaci: ⁊ deiectiōe appetitus supple frequēter cōtingētibus. Item aptos receptioni colere: aut multiplicationi cognosces ex pseuerante nausea: ⁊ q₂ qualibet hora vomit colerā: ⁊ q₂ hꝫ os amarū. In quib⁹ corporib⁹ habētib⁹ tale os stomaci nō p̄missa p̄seruatione si fiat flobothomia accidit ex ipa timor magnus: ⁊ qūqꝫ moriunꝛ inde. ¶ Pro itellectu ptiū nota ꝙ fece exūte noua vel antiqua in intestinis eūandū ē ante flobothomiā ne mēbra inanita trahant māꝫ fecalē versus se. ¶ Scd̄o nota ꝙ hec lr̄a aut corā eo: pōt duplr̄ exponi notando ꝙ per repletionē intelligere possum⁹ repletionē aut a cibo factā: aut ex humorib⁹: qūocūqꝫ sit p° ē eūandū ne mā indigesta trahaꝛ ad venas. Intelligit ergo per id qd̄ ē i stomaco humores in poris stomaci existentes: ꝑ illud aūt qd̄ ē corā eo intelligit cibū qui nō ingressus ē substantiaꝫ stomaci: sed adheret stomaco: iō diciꝛ corā eo: aut ꝑ illud qd̄ ē in fundo stomaci: ⁊ per illud qd̄ ē corā eo itelligit existens in ore stomaci. ¶ Tertio nota ꝙ illud qd̄ ē in stomaco ē vomitu eūandū tanquā citiori ⁊ faciliori euacuatiōe. Illud enim qd̄ ē in intestinis inferioribus de fece antiqua aut noua: ē saltem euacuandū clisteri aut laxatiuo. Et vbi materia existente in superioribus non confert clistere: ē farmacum sumendum per os.

Nunc egritudinē seu hanc colere effusionē in stōaco ꝯmemorauit nobis Auerrois tertio colligꝫ capl'o. xii. cum dixit: Mala ꝯplexio calida mālis fit ab humorib⁹ colericis ⁊c̄. Colera aūt genita in stomaco ab illa que sibi ifundiꝛ discerniꝛ ex ipsi⁹ colore: vt vlt Gal. scd̄o de cōplexionib⁹. c. xviii. paragrapho illo: Cū i alicuius stomaco generaꝛ colera ⁊c̄. lege ibi.

Dubitatur an in habente fastidium sit expectandū quousqꝫ digeraꝛ fastidiū?

Ad partē negatiuā arguiꝛ sic: flobothomia remouet fastidiū: ergo ū ē expectandū. ꝯña nota ⁊ aūs colligitur iꝫᵃ tertii. c. de cura vomitus. Colligiꝛ etiā 2ᵃ primi. c. de signis repletōis. ¶ Secūdo arguiꝛ sic: fastidiū pōt eē ex mā sanguinea replente in qua nō expectaꝛ digestio: igiꝛ ⁊c̄. Consequentia nota: ⁊ aūs declaratū ē. ¶ Tertio sic. Existēte fastidio necessaria ē flobothomia: ergo ipm ꝓlongare ē malū. Aūs sumiꝛ ex cañ. Cōsequētia tenet: q₂ si dimittaꝛ flobothomia grande sequiꝛ nocumentū: vt putrefactio. Ad partē oppositam ē Auic. in cañ. pūti. ¶ Pro dubio omittendo multa verba expositoꝝ noto p° ꝙ per fastidiū intelligit Auic. abhominationē ⁊ ꝓstrationē appetitus contingentē ex humorib⁹ crudis flegmaticis reducibilib⁹ ad beniguū: aut intelligit repletionē ex cibo cōtingētē qui ē aptus digeri ⁊ in bonū couerti chilū. Nō aūt intelligit repletiōeꝫ venaꝝ ⁊ stomaci ex quocūqꝫ humore cōtingētem. ¶ Pro hoc dubio sit prima cōcl'o: Qd̄ nūquā flobothomeꝛ fastiditū corp⁹: imo flobothomia dimittaꝛ donec fastidiū digeraꝛ: q₂ si fiat flobothomia mā cruda ⁊ idigesta traheꝛ ad venas ⁊ ad inanita mēbra: vñ grāde sequiꝛ nocumētū. ¶ Scd̄a cōcl'o: Aliqñ coacte oꝫ nos fastiditū eūare. Pꝫ concl'o vt euiteꝛ magnū nocumētū: vt i ꝑcussiōib⁹ aut cāu ⁊ similib⁹. ¶ Istis ꝯclusis pꝫ rūsio ad obiecta q₂ fastidiū illud ē ꝓueniens ex repletione sanguinea: de qua non intendit in p̄senti remouere per flobothomiaꝫ. ¶ Scd̄o notanduꝫ ꝙ per subtilitatem oris stomaci habemus intelligere acuitateꝫ sensus stomaci contingentem eo ꝙ os stomaci est valde discoopertum: vnde ex qualibet leui cā sentit: aut cōtingentem ex calida ꝯpl'one spūuꝫ. Est enim notuꝫ sensatōeꝫ a frido fieri magis ebetē: a calido vero fieri acutioreꝫ: vñ os stomaci appellaꝛ valde sensibile nō ꝙ optimū habeat iudiciū i sentiendo: seu q₂ optie mediāte ipso iudiceꝛ de qualitate tāgibili: sꝫ q₂ a qualibet leui cā patiꝛ ⁊ tristaꝛ. ¶ Ulterius notāduꝫ ꝙ ꝑ debilitatē stomaci itelligere debem⁹ debilitateꝫ appetitiue virtutis ꝯtigentem ex lassitate aut raritate texture. ¶ Ulteri⁹ nota ꝙ ille appellaꝛ ifeiix ad cuiūs stomacuꝫ

De hac subtilitate siue sensibilitate nimia oris stōaci meminit Gal. quarto d̄ accidēti ⁊ morbo capl'o. xii. paragrapho illo: Ex mēbris nullū tātuꝫ hꝫ sensum ⁊c̄. De debilitate autem Aui. iꝫᵃ tertii tractatu scd̄o. c. iiii. de debilitate stomaci qd̄ incipit: Debilitas stomaci est nota dispositionis ⁊c̄.

macũ ꝯtinuo multa est apta colera fluere: q₂ talis est ĩ dolore ꝯtinuo ⁊ cõtinua afflictiõe. ¶ Nota etiã q₂ subtilitas sensus oris stomaci ꝯprehendit̃ ex assumptõe mordicãtiũ leuiũ q alteri stomaco nõ inferũt nocumentũ. Itẽ ꝯprehẽdit̃ debilitas stomaci ex dolorib⁹ ⁊ debilitate appetit⁹ circa ipm. Hec eñ oia denotãt debilitatẽ virtutis ⁊ ĩpotentiã. Itez aptus ad recipiendũ colerã ꝯprehẽdit̃: q₂ ꝓpter fastidientẽ colerã nausea ꝑseuerat: ⁊ q₂ ẽt appeat os amaruz ⁊ q̃si oĩ hora pellit colerã. ¶ Ulteri⁹ notãdũ q₂ si premittat̃ hoꝝ corpoꝝ ꝑseruatio magn⁹ timor est: q₂ tm̃ debilitãt̃ q₂ ĩde aliq̃n mors sequit̃ ⁊ magnũ nocumentũ.

Subtilitatẽ vero sensus hñti ⁊ dbilitatẽ bucelle mũdi panis ĩ rob acetoso bonũ hñte odorẽ ĩfuse sũt dãde. Et si fuerit dbilitas ꝯplonis fride sint ĩticte ĩ aliquo qd sit sicut aq̃ cũ zuccaro cũ alefeniati aut ĩ sirupo mẽte muscato aut ĩ miua muscata postea minuat̃. Aptitudinẽ vero gnãtõis colere hñs ẽ mũdãdus dãdo ĩ potu ei multitudinẽ aq̃ cal'e cuz sirupo acetoso: postea dant̃ ei bucelle panis ad mãducãdũ: deiñ fiat vt parũp quiescat postea minuat̃. Prepandũ ꝑterea ẽ vt qd ex bono sanguĩe resolutũ fuerit restauret̃ si fuerit fortis cũ assatura carnis q̃ fit sup prunas: qm̃ si digerit̃ nutrit multũ ⁊ bñ: verũ tñ oz vt sit pauca: qm̃ stomac⁹ pp flomiã est debilis.

¶ Nũc Aui. docet succurrere nocumẽtis istoꝝ. Et p° docet succurrere subtilitati sensus oris stomaci. 2° docet succurrere aptitudini gnãtõis colere. 3° ponit cañ. obseruãdũ post flobothomiã. ibi 2ª: aptitudinẽ vero. ibi 3ª: preparandũ ꝑterea. ¶ De pª dicit q₂ hñti subtilitatez sensus oris stomaci ⁊ ei⁹ debilitatẽ ꝯferũt bucelle panis mũdi infuse ĩ rob hñte saporẽ acetosuz ⁊ bonũ odorez. Et si debilitas sit ꝓpter ꝯplonez fridaz: sint ille bucelle ĩtincte in aq̃ cũ zuccaro ⁊ alefeniati: aut in sirupo de mẽta muscata aut in miua muscata: postea vero minuat̃. ¶ Dicit 2° q₂ hñs aptitudinẽ ad gnãndũ ⁊ recipiendũ colerã mũdãdus ẽ potando multã aquã calidã cũ sirupo acetoso: deĩde dent̃ sibi bucelle panis ad comedẽdũ: postea quiescat ⁊ minuat̃. ¶ Dicit 3° q₂ ꝑparandũ est vt illud qd p flobothomiã resolutũ est bono sanguine restauret̃ si flobothomat⁹ sit fortis cũ carne assata supra prunas. naz si digerit̃ nutrit bene ⁊ multũ. sit tñ quãtitas pauca q₂ stomac⁹ est fact⁹ debilis ꝓpter flobothomiã. ¶ Circa partẽ aliq̃ sũt notãda p° q₂ per bucellas ĩtelligit pua frusta panis. Per panem vero mũduz ĩtelligit panez factũ ex bona ⁊ mũda farina nõ furfuratũ. Et p° ĩ hoc cãu ꝯuenit bucella ⁊ nõ magna quãtitas panis ne stomacus ĩpleat̃ ⁊ cib⁹ trãseat ad mẽbra indigestus. Opz ẽt q₂ panis sit mũdus: q₂ stomacus magis ĩ isto delectat̃ ⁊ cib⁹ ĩ stomaco maiorẽ ꝯtrahet morã. naz furfur abstergẽdo ⁊ mordendo aliq̃lez hz virtutẽ secessiuã. Per rob vero habem⁹ ĩtelligere succũ talr inspissatũ vt valeat ꝯseruari: qd rob est acetosuz ex quo est factũ ex re acetosa: vt agresta amarilis ⁊ similib⁹. Sit tñ acetosuz nõ ꝯiũctũ acuitati pũgitiue q̃le ẽ acetũ vini: sz sit acetosuz ꝯiũctũ stipticitati aut põticitati q̃le ẽ agresta ⁊ nespila ⁊ silia: ⁊ ꝯfert hoc rob corrugãdo os stomaci ⁊ ꝯfortãdo. Notãter ẽt dz eẽ factũ ex re boni odoris: q₂ factũ ex re d̃ seipsa odorifera sicut sũt poma siluestria ⁊ silia: aut q₂ in tali rob sit posita res odorifera vt aq̃ rosata. ¶ Ulteri⁹ nota q₂ ꝯplone exñte frida notãter ꝯuenit aq̃ ĩ qua sit positũ zuccaꝝ aut ĩ q̃ ponant̃ alefeniati. i. aliq̃ odorifera calida ꝯfortatiua digõnis q̃ d̃r a Mesue alefangina: iõ aliq̃ pill'e dicũt̃ a Mesue alefangine. Has autem spẽs possum⁹ videre a Mesue in descriptiõe pillulaꝝ. Et sirup⁹ de mẽta muscata cõuenit. nã primo p mẽtã hz cõfortare stomacũ: per muscũ etiã calidũ aromaticũ idem opatur. Miua vero nõ ẽ aliud q̃z sirup⁹ factus ex aqua ⁊ zuccaro ⁊ succo alicuius fructus: vnde miua citonioꝝ nõ ẽ aliud q̃z sirupus citonioꝝ. Miua autẽ citonioꝝ ẽ duplex. nã quedam ẽ simplex ĩ qua nõ sunt posite alique spẽs que dicit̃ miua sine spẽbus. Alia aũt ẽ ꝯposita cũ spẽbus: ⁊ dicit̃ miua cũ spẽbus. Per minã aũt muscatã intelligimus sirupũ citonioꝝ cuz specieb⁹ que miua calefaciẽdo stomacum per aromatica cõfortatiua iuuat.

¶ Ulterius pz q₂ multa aqua calida cũ sirupo acetoso potata cõfert in apto gnãtioni colere. Nã primo lauat ⁊ ducit ĩferius colerã a stomaco: ⁊ per sirupum infrigidantẽ. s. acetosum corrigit malitiã colere ⁊ inspissat ⁊ ipsam exitui ꝑpat. Itẽ vigorat aliqualr stomacũ. Mũdificato vo stomaco dent̃ bucelle panis ad comedendũ: supple etiã infuse ĩ aliquo acetoso hñte bonũ ordorẽ: vt magis vigoret stomacũ: vt nõ recipiat nouã colerã: deĩde quiescat vt cibus melius tangat̃ a stomaco. ¶ Ulteri⁹ nota q₂ cũ flobothomia nõ eñet eligẽdo cũ etiã ĩ sanguine cõtineat̃ multa spumosa substantia: iõ quelibet flobothomia bonũ sanguinez ⁊ substantiã spumosam eũans hz debilitare virtutẽ quaz debilitatẽ possumus remouere exhibẽdo bonũ cibũ: ⁊ sic restaurando deperditũ. ¶ Ulterius notandũ q₂ per assaturã carnis nõ intelligit̃ assatura que dicit̃ carbonella: q₂ carnes illo mõ assate nõ debite ⁊ tẽperate assant̃: quia cuz prune attingant valde partes carnis: ille partes multũ assantur nõ coctis ĩtermedijs. Sz intelligit assaturã que fit carnib⁹ positis ĩ veru: ⁊ moto veru circũquaq₃. Talis eñ ẽ cõueniẽs modus assandi. nã applicato igne debite: cõueniẽter coquũt̃ ptes ĩteriores ⁊ extreme. idem talis modus assandi dz eẽ paulatin⁹ ⁊ nõ citus. Et talis caro conuenit ratiõe multoꝝ. Primo q₂ ipa ẽ humida multa humiditate nãli ĩclusa humiditate ĩ medio ꝓpter caliditatẽ circũstãtem: ⁊ per ꝯñs humiditatẽ intrinsecus claudẽtez. Itẽ grã assationis ipa participat virtute stiptica corrugante ⁊ confortante stomacũ. Itẽ si bñ digerat̃ mltũ nutrit cuz sit expurgata a supfluitatib⁹ per assationẽ. Et cũ multũ hẽat d̃ humido substãtifico multũ põt nutrire. Itẽ bonũ exhibet nutrimẽtũ tãquã bene purgata a superfluitatibus: ⁊ notanterẽ dictũ si bene digerat̃ q₂ ipa per assationẽ fit vt sit inobediens digestioni. Et per ꝯñs vt in littera ponit̃ solum forti exhibẽda sunt corpori: que debent exhiberi in pauca q̃ztitate: q₂ stomac⁹ debilitatus ẽ per flobothomiã.

Ampli⁹ vene quoq₃ flomant̃ ꝓpterea vt fluxus sanguis ex narib⁹ ⁊ matrice ⁊ ano ⁊ pectore ꝓhibeat̃ aut ex alijs exituris: iõ vt sãguis ad id qd a pte illa est diuersuz ꝓtrahat̃: ⁊ hoc quidẽ medicamẽ ẽ forte in iuuãdo. Oz vero vt flobothom⁹ sit vehemẽter stric⁹ ⁊ sint vices multe q̃ nõ sint in vna die nisi magne necessitatis cã fuerit: sz in die post diẽ: ⁊ q̃cũq₃ vice minoratio fiat quãtũ possibile fuerit: ⁊ ad sũmuz meli⁹ ẽ vt flobothomie vices sint multe q̃z vt ipsius quãtitas sit multa. Et flobothomia quidẽ cũ nõ est necessaria colerã rubeaz ebullire facit ⁊ postea aduenit lingue siccitas ⁊ que sibi sunt similia: est igitur ei succurrẽduz cũ aqua ordei ⁊ zuccaro.

¶ Nunc ponit cañ. aliũ dicẽs q₂ q̃ñq₃ flobothomant̃ vene vt ꝓhibeat̃ ⁊ remoueat̃ flux⁹ ex narib⁹ aut matrice aut ano vel etiam pectore aut pulmone: vel vt retineat̃ ex alijs exituris. i. ex alijs partibus per quas exit: ad hoc vt sanguis diuertat̃ a parte: supple per quã exit ad aliã partẽ diuersaz. Subdit q₂ talis flobothomia diuersiua ẽ forte medicamen in iuuãdo. Subdit vlterius q₂ necesse ẽ flobothomum eẽ valde strictũ: ⁊ q₂ vices flobothomie sint multe q̃ nõ fiant in vno die: imo die post diẽ nisi sit magna necessitas minorando qualibet vice flobothomiã fm qd possibile ẽ. Et ĩ summa melius ẽ vices flobothomie eẽ multas q̃z supple eius quãtitatẽ supple ĩ vna vice eẽ multã. ¶ Ultio ponit cañ. 2m dicẽs q₂ cũ flobothomia fit qũ ñ ẽ necessaria facit ebullire colerã: vnde ꝯsequit̃ siccitas lingue ⁊ alia cõsimilia: cui succurrẽdũ ẽ cũ aqua ordei ⁊ zuccaro. ¶ Pro parte primo notandũ q₂ ex parte cõcipit̃ primo flobothomiã nõ fieri grã eũationis sed grã diuersionis: vt pz in casib⁹ numeratis ĩ parte in quib⁹ oz foramẽ eẽ strictũ: vt modicũ eũetur de sanguine quãuis oporteat aliq̃n vices esse multas: vt faciamus sufficiẽtẽ diuersionẽ ⁊ nõ subito multam diuersionẽ. Hoc aũt foramẽ sit strictũ cũ intendimus facere scd̃am apertionẽ ⁊ poterimus tenere foramẽ aptuz ponẽdo supra foramẽ aliquid salis aut aliquid olei. ¶ Ulterius nota q₂ melius ẽ vices eẽ multas q̃z quãtitatem eẽ multã: q₂ tẽpore intermedio virtus põt cõfortari p cibum aut aliam rẽ. Que vices non sunt fiende in vno die nisi ꝓpter magnã necessitatẽ: quia iminet magnũ periculuz de nimio fluxu: quare ⁊c̃.

Dubitatur vtrum flobothomia cuz

nõ ẽ necessaria faciat ⁊c̃. Negatiue arguit̃ sic: flobothomia cũ nõ ẽ necessaria aliquãdo cõfert: igit̃ ⁊c̃. Cõsequentia nota. Añs patuit superi⁹. ¶ Scd̃o flobothomia non necessaria põt perducere ad eradicationẽ huoꝝ frigidoꝝ: ergo ⁊c̃. Consequẽtia nota ⁊ añs patuit supra. Ad oppositũ ẽ. A. in lr̃a. ¶ Pro dubio nota q₂ hic per flobothomiã nõ necessariã intelligi põt nullatenus iuuantẽ imo dãnosam. superius aũt intellexit per nõ necessariã eam que nõ fuit necessaria ex parte morbi principalr in quo fit. ¶ Secundo ꝑmittẽdum q₂ p corpus in quo fit flobothomia nõ necessaria intelligit. A. corpus ꝑfecte sanũ. De corpe autẽ alio lapso nõ intelligit Aui. quãuis in aliquo pars ꝯtineat veritatẽ. ¶ Sit igit̃ prima ꝯclo hec: flobothomia nõ necessaria facta in corpore perfecte sano facit ebullire coleram. Hec cõclo sit pro littera ⁊ pz ꝓ tanto q₂ eũatur sanguis ⁊ bonũ humidũ: vnde calidũ per agitationẽ ⁊ motũ ⁊ ꝓpter exiccationẽ fit potenti⁹ supra humidũ: vñ colerã tãquam humorẽ calidiorẽ ebullire cõtingit. Calidũ eñi vt intẽsuz ⁊ ignitũ ducit sanguinẽ ad naturã colere. ¶ Scd̃a cõclo: flobothomia non necessaria facta in corpore colerico facit ebullire sanguinẽ. Pz ex dictis in notatis: pz solo ad obiecta. ¶ Nota etiã q₂ notanter aduenit siccitas lingue: quia lingua ẽ mẽbrũ molle ad qd determinat̃ actiões ⁊ impressiões spiritualiũ: spũalia aũt sunt calefacta ⁊ stomac⁹ quare exiccat̃ lingua. Itẽ notatur siccitas cũ sit organũ gust⁹ sicut etiã notamus ⁊ attẽdim⁹ multũ ad stomacũ tanquã ad lebetẽ toti⁹ ꝓpter cui⁹ lesionẽ ꝯtingit totũ valde ledi.

Rasis tñ quarto almãsoris caplo de virtutib⁹ carnium ex artificio intelligit de assatura que fit ĩmediate super prunas ⁊ nõ in veru. Nã dicit ipse: caro super prunas assata mltũ nutrit: corpus nãq₃ corroborat: neq₃ velociter nutrit. hec etiã eis qui multũ sanguis fluxũ perpessi sunt cõfert: ⁊ tu lege vlterius ⁊ ꝯcorda q₂ facile: quare ⁊c̃.

